UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Johannis Buxtorfi[i] Lexicon Hebraicum Et Chaldaicum

Buxtorf, Johann

Basileae, 1615

urn:nbn:de:hbz:466:1-70128

Visual Library

JOHANNIS BUXTORFI

LEXICON HEBRAICUM ET CHALDAICUM

complectens

Colleg. Societ. Jesv. Paderb. Libri

Omnes voces, tam primas quam derivatas, quæ in Sacris Bibliis, Hebræâ & ex parte Chaldæâ linguâ scriptis, extant:

Interpretationis fide, exemplorum Biblicorum copia, locorum plurimorum difficilium ex variis Hebræorum Commentariis explicatione, auctum, & illustratum.

Accessit Lexicon breve Rabbinico-Philosophicum, communiora vocabula continens, quæ in Commentariis passim occurrunt.

Cum indice vocum Latino.

Sum Joannis Nic. Thes. ad Lex. Sanct.

BASILEÆ,
Typis CONRADI WALDKIRCHI.
Impensis LUDOVICI KÖNIG.
cIↃ IↃ C XV.

GENEROSISS. ET ILLUSTRIBUS DOMINIS,

D. ADOLPHO,
D. ARNOLDO-JUSTO,
D. GUILHELMO-HENRICO,
} Fratribus germanis,

COMITIBUS in Bentheim, Teckleburg, Steinfurt & Limpurg: DOMINIS in Rheda, Wefelinghoffen, Alpen & Helffenſtein: LIBERONIBUS in Lennep: PRAEFECTIS hæreditariis Coloniensium, &c.

Dominis ſuis clementiſs. Gratiam & Pacem à DEO precatur

JOHAN. BUXTORFIUS.

INTER infinita DEI clementiſſimi in Eccleſiam, cujus & Vos Illuſtres & Generoſiſs. DD. Comites, tutores eſtis, collata dona, Linguarum donum tantum eſt, ut eo, tanquam medio accommodatiſſimo, DEI vivi & veri, cæli terræq; creatoris, ejusq; ſanctiſſimi verbi cognitio inter gentes infideles, ab Eccleſia & Republica Iſrae-

lis remotas, eruperit, propagata & conservata sit. Primitùs enim DEI cognitio purior & perfectior, vigebat tantùm in populo uno, circumscriptâ linguâ unâ, nempe Hebræâ in populo Hebræo, quem solum DEUS pro suo beneplacito, ex omnibus aliis mundi populis, in peculium sibi elegerat, & fœdus gratiæ, verbo scripto comprehensum, cum ipso inierat. Cùm verò populus iste progressu temporis, majori ex parte perfidus & refractarius fieret, statuit DEUS pertinaciſſimâ populi malitiâ & ingratitudine offensus, fœdus suum tantùm in reliquiis fidelibus conservare, & in refractariorum locum exteras gentes assumere, easque ad sui agnitionem vocare. Hoc mediatè factum, & quidem consilio DEI suspiciendo ac providentia admirabili. Subtraxit Judæis immorigeris animarum pastores Prophetas, sustulit Reges tutores corporum, & conservatores tranquillitatis publicæ. Inde res ipsorum cœperunt magis magisque pessum ire, religio concidere, sectæ irrumpere, cultus verus DEI labascere & in fictitium converti. Tunc nulla pax domi, horribilis exagitatio foris: rapiebantur, distrahebantur inter vicinas gentes, ac inter eas Aegyptiis & Græcis adeo familiares facti sunt, ut

& lin-

& linguam Græcam singulari DEI consilio addidicerint. Interea suscitat DEUS animum Ptolomei, Aegyptiorum regis, quem Philadelphum cognominarunt, ut cùm esset omnium scientiarum & sapientium virorum amantissimus & cupidissimus, ac aliquot centena millia librorum ex toto orbe collegisset; res quoque Hebræorum sibi describi, ac maximè Legem ipsorũ pernoscere cuperet. Quid fit? impetrat ab Eleazare summo Judæorum pontifice septuaginta duos selectissimos viros, qui S. Scripturam ex Hebræa in Græcam linguam ipsi transtulerunt, idque circa annum 280. ante natum Christum. Rex ingenti gaudio affectus, eos re benè gesta, cum muneribus ampliſſimis Hierosolymam remittit. Hic demum prima fundamenta conversionis gentium infidelium ad DEUM jaciuntur; hîc cognitionis DEI inter gentes sparguntur semina, quæ paulatim in culmum assurgere, & postmodum irrigante Christo & Apostolis, in segetem uberrimam excrescere debebant: hîc quę ter mille & aliquot cẽtenos annos à cõdito mundo gentes latuerant, communi & longè lateque tum patente linguâ innotescunt: hîc thesaurum salutis gentes accipiunt ab iis, qui eas abominabiles, & ne ter-

râ quidem dignas antea judicaverant. Singulare scilicet hoc fuit DEI consilium, ut illi ipsi, qui Messiam, CHRISTUM DOMINUM, spreturi & rejecturi erant, CHRISTUM gentibus amplectendum manifestarent: ut Verbum, quod sibi solis à DEO concreditum semper gloriati erant, nunc ultrò & fideliter cum gentibus communicarent, scilicet, ut Eusebius scribit, ne si post Christi adventum id faciendum fuisset, vel ex invidia, quâ erga Christum & Christo fidentes laborarunt, Sacram scripturam occultassent, vel corruptam dedissent, vel illorum, qui versuri eam fuissent, fides dubia apud posteros semper mansisset. Quàm avidè autem ea acceptata, & latè divulgata fuerit, docent Christi tempora, quibus adeò in Ecclesiis pervulgata erat, ut iam Verbum DEI planè ab Hebræis ad Græcos transiisse visum fuerit. Hæc itaq; Verbi divini inter gentiles, per translationem ex lingua Hebræa in linguam Græcam propagati, exoptata & salutaria fuêre initia.

CHRISTO in plenitudine temporis mundo exhibito, ut DEI nomen celebre ab oriente in occidentem usq; redderetur, rursus beneficio linguarum opus fuit, ut Christus cuiq; genti & nationi secundùm suam linguam

linguam prędicaretur & innoteſceret. Quo circa anno Chriſti XXXIV, in feſto Pentecoſtes Judæis ex omnibus nationibus Hieroſolymis cõgregatis, ac diverſis linguis utentibus, Spiritus Sanctus in Apoſtolos cælitùs mittitur, *& cæperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eis effari*, ut eſt Actor. 2. verſ. 4, ita ut ſingulæ nationes eos ſuâ linguâ loquentes, maximo cum ſtupore audirent & intelligerent. Locuti etiam ſunt poſtea omnium iſtarum gentium linguis, ad quas egreſsi ſunt, ut Chriſtum prædicarent.

Poſt Apoſtolos Verbum DEI ſcriptum, Veteris quidem Teſtamenti, Septuaginta interpretum Verſione Græcâ, Novi autem ab Evangeliſtis & Apoſtolis itidem Græcâ linguâ comprehenſum, in Eccleſiis populi DEI permanet, cujus puritas beneficio linguæ Hebraicæ conſervata fuit.

Circa annum Chriſti CXXIX. ſub Imperatore Aelio Hadriano, *Aquila Ponticus* ex gentili Chriſtianus, ex Chriſtiano Judæus factus, Judæorum linguam, id eſt, Hebraicam diſcit, ac de novo Vetus Teſtamentum ex Hebræo in linguam Græcam transfert. De hoc Hieron. in Epiſt. ad Pammachium: *Aquila proſelytus & contentioſus interpres, non ſolum verba, ſed etymologias verborum*

transferre conatus est, &c. Et com. in Jesaiam cap. 4. *De Aquila autem non miror, quòd homo eruditissimus linguæ* HEBRAICÆ, *& verbum è verbo exprimens, &c.*

ANNO Christi CLXXX. sub Imp. Commodo innotuit *Theodotionis Pontici* interpretatio Græca, de qua Epiphanius lib. de Mensuris: *Post hunc circa secundi Commodi regnum, Theodotion quidam Ponticus, ex sectatoribus Marcionis hæresiarchæ Sinopitæ, infensus & ipse illius hæresi, & ad Judaismum declinans, & circumcisus, &* HEBRAEORUM *linguam ipsorumq; elementa edoctus, privatim etiam ipse interpretationem, & pleraq; consonanter cum Septuaginta duobus, edidit.*

ANNO Christi CC. sub Imperatore Severo, *Symmachus* à Samaritanis ad Judæos in Christum credentes (appellantur Judæi, quòd circumcisionem retinerēt) deficiens, novam Sacræ scripturæ interpretationem Græcam edidit. De hoc Hieron. in cap. 32. Jerem. scribit, quod non verbum ex verbo, ut ante ipsum Aquila, sed sententias sententiis juxta intelligentiæ ordinem expresserit.

ANNO Christi CCXIX. Imper. Anton. Caracalla, scribit Epiphanius, inventam esse in urbe Jericho aliam Sacræ Scripturæ ex

ræ ex HEBRAEO in Græcum interpretationem, quæ *Quinta editio* appellata fuit.

ANNO Christi CCXXXX denuo nova reperta est Interpretatio, quæ *Sexta editio* dicta. De hac Epiphanius citato libro: *Post hũc regnavit Alexander filius Mamææ annos tredecim: in medio horum temporum inventa est Sexta editio in Nicopoli ad Orientem sita.*

Origenes circa hæc tempora, studio conservandæ Sacræ Scripturæ in Ecclesia adductus, conjũxit primùm quatuor priores Græcas, LXX, Aquilæ, Theodotionis & Symmachi, ita ut columnis oppositis sibi responderent, eaque appellata fuêre *Biblia tetrapla*. Postmodum præmittens illis textum Hebraicum Hebraicis characteribus scriptum, & eundem Græcis literis exaratum, appellavit ea *Hexapla*. Denique cùm inventæ essent Quinta & Sexta editiones, eas quoque prioribus, distinctis columnis, addidit, unde emanarunt *Octopla*, ut Epiphanius dicto loco prolixè explicat.

Circa Annum Christi CCC & paulò ulteriùs, LXX Interpretũ Translatio emendata fuit per *Lucianum martyrem & Hesychium*. De his Hieronymus in præfat. lib. Paral. sic scribit: *Alexandria & Aegyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat autorem: Constantinopo-*

his usq; Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat: mediæ inter has provinciæ Palestinos Codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus evulgaverunt, totusq; orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. De Luciano martyre scribit Eusebius: *Ipse omnes libros sacros rursus sumpsit, & ex lingua renovavit* HEBRAICA, *quam ipsam sciebat quoque accuratissimè, in eis corrigendis plurimùm laboris conferens.*

Circa annum Christi CCCC. *Hieronymus Stridonensis*, omnium Christianorum primus, cùm ante viginti annos Hierosolymis à Judæis linguam Hebræam discere cœpisset, Biblia Hebræa in linguam Latinam transtulit, & in occidentales Ecclesias Verbum DEI propagavit. Translatio ipsius longè lateq; ab Ecclesiis acceptata fuit. Post Hieronymi tempora studium linguarum sacrarum diu cessasse videtur: unde non tantum Translatio ipsius graviores depravationes passa est, quàm nunquam antea Biblia Græca, (quæ subinde suos cultores & restauratores habuêre) sed & in universa doctrina Ecclesiæ, horrendæ tenebræ obortæ sunt, quæ ad mille ferè annos durarunt.

ANNO Christi M. CCC. *Nicolaus Lyranus* Hebraicè peritissimus, Biblia Latina commenta-

mentariis quidem illustravit, at de textu Latino cum fonte Hebræo conferendo, parum aut nihil ab eo tentatum est.

Tandem DEUS clementer Ecclesiæ suæ misertus, excitavit circa annum MD. linguarum studiosissimos & peritissimos viros, qui turbatorum lacuum pertæsi, Scripturam sacram ex fontibus Hebræis abluerunt, eamque vero suo nitori restituere, agminatim conati sunt.

ANNO Christi MDXV. in Hispania prodiit insigne *Opus Biblicum Complutense*, studio *Francisci Simenu*, Archiepiscopi Toletani.

Sequenti anno, editum est in Italia *Psalterium Octoplũ*, Hebraicè, Græcè, Arabicè, Chaldaicè, cum tribus versionib. Latinis, & commentario ex Hebræis potissimùm Scriptoribus elaborato, per Aug. *Justinianum Genuensem*, Episcopum Nebiensem.

ANNO Christi MDXXVIII. in Gallia *Santes Pagninus Lucensis* post Hieronymum primus, Biblia Hebræa integra in Latinum fidelissimè convertit.

ANNO M. DXXXIV. in Germania *Sebastianus Munsterus*, & paulò post, *Sebastianus Castalio*, similiter magna fide & diligentia Biblia Hebræa Latinè interpretati sunt.

ANNO M. D XLIII. prodiit Versio Latina *Leonis Judæ*, Theologi Tigurini, religione & fide summâ elaborata.

AN. M D LXVIII. insecuta sunt *Biblia Regia Hispanica*, Hebraica, Chaldaica, & Græca, cum totidem Latinis versionibus, studio incredibili, labore & diligentia admirabili, ac laude Regis sempiternâ, per Ariam Montanum adornata.

Postremò viri incomparabiles *Immanuel Tremelius* & *Franciscus Junius*, suam quoque Versionem, perpetuis textus notis diligentissimè illustratâ, ecclesiæ exhibuerũt. Præter hosce publicos in universam ecclesiam redundãtes labores, privatim etiã singulæ penè nationes in suâ lingua vernacula, Versiones biblicas hoc seculo consecutæ sunt.

Vidimus Verbum DEI per beneficiũ cognitionis linguæ Hebraicæ inde à tempore LXX Interpretũ, à trib. sc. fermè seculis ante natum Christum, in suâ puritate conservatum, aut cũ longinquitate temporis & librariorum incuriâ depravatum esset, ad suã puritatem, quantum quidem divina gratia humanæ concessit industriæ, ad hæc usq; tempora reductum esse. Quãta itaq; laude digni sunt etiam illi, qui studium Hebraicum inter Christianos illustrarunt & propagarũt? Inter hos

hos post Hieronymi tępora; Christianorum primus fuit *Johannes Capnion* Phortzẽsis vulgò *Reuchlin* dictus, U. J. D. & Maxim. Imperatoris ac Eberhardi primi Wirtebergensi Ducis cõsiliarius, & totius Suevię triumvir. Hic An. Christi 1494 edidit librum de Verbo mirifico, arcanâ Hebræorũ sapientiâ refertum: An. 1506 Grammaticam & Lexicon Hebraicum, & decẽnio post, Libros tres de arte Cabalistica. Hunc attigerunt in Hispania *Petrus Galatinus*: in Italia *Felix Pratensis, Daniel Bombergius*; *Elias Levita* Judæus Germanus Romæ tũc degens: in Gallia *Santes Pagninus; Postellus, Vatablus*: Subsecuti sunt *Mercerus, Cornelius Bertranus; Cephalerius*: in Germania *Sebastianus Munsterus, Johannes Forsterus, Paulus Fagius, Joh. Avenarius* & plurimi alii; qui vel Prĕceptis vel Lexicis; vel utroq; Hebraicum studium mirum in modũ propagarunt. Adeo potens isto seculo fuit DEI erga Ecclesiam suam gratia, ad tam densas mille annorum tenebras discutiendas & profligandas.

Jam verò, ut ad Vos Illustres & Generosiss. DD. Comites, propiùs sermonem dirigam; cũ divinæ providentiæ placuerit, me ex omnib. minimũ, ad docẽdam linguâ Hebræam in celeberrima Basileensi Academia vocare; studui pro virib. Spartam nactam exornare;

& assiduitate augere. Etsi autem meæ mihi tenuitatis in hisce studiis probè cõscius sim; tamen monente Apostolo, *Ut quisque accepit donum, ita alius in aliũ illud subministrantes, bóni estote dispẽsatores variæ* DEI *gratiæ*, 1. Pet. 4. 10; volui quoq; qualiacũq; dona mihi ex gratia concessa, ad publicam utilitatem conferre. Adornavi nunc secundò breve hoc Lexicon Hebraicum & Chaldaicum ad usum Studiosorum Theologiæ, qui magnæ molis libros circumferre nequeunt. In ea voces omnes Veteris Testamẽti, quatenus illud Hebraicè & ex parte Chaldaicè conscriptũ est, fidâ curâ explicãtur. Non pauca etiam loca obscura & difficilia illustrantur. In subsidiũ adhibui Chaldæos & Hebræos interpretes, priscos & recẽtiores, quotquot mihi illorum copia esse potuit. Ex illorum authoritate quàm sæpissimè lux infertur locis ab interpretib. diversimodè redditis. Adjeci etiam nunc specimen quoddam breviſſimi *Lexici Rabbinico-philosophici*, in quo communiora vocabula, quæ extra biblicum usum, in doctissimis Rabbinorum Commentariis, passim occurrũt, Latinè explicãtur. Hæc etsi brevia, multum tamen subsidii allatura sunt illis, qui illud Scriptorum genus juxtà libare tentaverint. Hunece meum laborem qualemcunque

Vobis,

Vobis, Generosissimi DD. Comites, iterum inscribere & dedicare volui, tum, ut esset testimonium publicum memoris & grati mei animi, pro favore summo ac singulari multipliciqúe benevolentia & clementia erga me vestra, quam sæpiùs expertus sum: tum quoniam divina clementia Vobis dedit, ut sitis in eorum numero, qui Ecclesiæ & Scholarum, fidi & liberales dicuntur & sunt nutritii: qua virtute quæ major in principe & in eminentia constituto Dominatore esse potest? Præclarum profectò κατόρθωμα per Inclytum Parentem vestrum D. ARNOLDUM bened. mem. Filius DEI præstitit, quòd sublato in sublime VERITATIS VEXILLO Ecclesiam inter tot turbas & immania rerum discrimina reformarit, & illustrem Scholam Steinfurtanã, inter tot hostiles incursiones, direptiones, depopulationes prudenter fundarit, liberaliter ornarit, feliciterq; erexerit. Eo nõ tantũ pietatis in DEUM, & fidei in patriam fidosq; ac charos patriæ accolas, sed & benevolentiæ erga exteros remotiores, testimonium editum est luculentissimum. Vigent enim illic nunc variæ doctrinæ erudita studia, aluntur in præcipuis Scientiis viri Clarissimi & Doctissimi, affluunt un-

diq; Juvenes & Studiosi literarum flagrantissimi. Audivi, vidi, novi, qui non tantùm ex hisce Helvetiæ partib. sed & ex aliis nationibus inde redeuntes, liberales studiorum fructus illic acquisitos prædicarent. Hanc laudem Pietate fundatam, in longinquum profitebitur subsecutura posteritas. Quare cùm Vos ipsi Generosiss. Comites, variarum linguarum & rerum cognitione optimè imbuti, ad pietatis & doctrinarum præclara studia conservanda, cùm Paterna institutione, tùm proprio pietatis zelo, summè propensi sitis, optimam spem cõcipio, fore ut & hosce meos conatus ad studium Theologiæ, quod in vera intelligentia Verbi divini lingua Hebræa & Græca conscripti, fundamẽtum habet, promovendum, benignè & clementer approbaturi sitis. Quod cùm de Vobis intellexero, abundè magnum horum studiorum fructum consecutus videbor. Oro autem Filium DEI, Jesum Christum, ut det Vobis diu videre Terram vestram Pace, Cõcordiâ, Religione, Disciplinâ florentem, ad DEI gloriam & Ecclesiæ bonum. Scripsi Basileæ 14 Feb. Anno Domini

MDCXV.

JOHAN.

JOHANNIS BUXTORFI
EPITOME
RADICUM HEBRAICARUM ET CHALDAICARUM.

א

אבב אָבִיב *Nomen masc.* Culmus, Spica mutica, *Exod. 9. 31:* Arista virens, *Lev. 2. 14. Inde mensis* אָבִיב *Exo. 13. 4, id est,* Martius, *quasi Mensis spicarum, quia hordeum legitur tunc fuisse spicatum, Exod. 9. vers. 31.*

אָב *m.* Viror, Virens, Fructus recens: *cum Affixo,* בְּאָבוֹ *In virore suo, Job 8. 12. plurale constructum,* בְּאָבֵי הַנַּחַל *In virentia vallis, Cant. 6. 10.*

אָבָא, אִנְבָּא *m.* Chal. idem: Aff. וְאִנְבָּהּ Et recens fructus ejus, Dan. 4. 9. 11, ubi ג est loco Dageſch. *Radix* אבב *Primum vel præcocem fructum producere, legitur in Targum Hoſ. 9. 10.*

אבד אָבַד: Periit: *Part. præſens, ſive Benoni* אֹבֵד *Periens, vel Perdita, Deut. 32. v. 28, in Pathach, propter conſtructionem, ut Aben Eſra cenſet. Fut.* יֹאבַד *Peribit,*

Prov.19.v.9, in Tzere propter pausam. Chald, Futur. יֶאבַדוּ Peribunt, Jerem.10.11. *Pihel* אִבֵּד Perire fecit, Perdidit: *Futurum* וַאֲבַדְתָּ *Et perdidi te Ezech. 28.16, pro* וַאֲאַבֶּדְךָ *euphoniæ causâ. Hiphil, Præter.* וְהֶאֱבִיד *Et perdet, Numer.24. ver.19. Futur.* אַבִּידָה *Perdam. Jerem.46. ver.8, Aleph radicali abjecto, & Cholem ex forma Kal, vel certè Chaldaica, assumpto.* Chald. Infinit. לְהוֹבָדָה Ad perdendum, Dan.2. vers.12. & in *Aleph,* לְהוֹבָדָא v.24. Futurum, תְּהוֹבֵד Perdes v.24: יְהוֹבְדוּן Perderent, v.18, in quibus א radicale mutatum in ו, & ה characteristicum ex Hebraismo servatum, loco א. Hophal, Præter. חוּבַד Perditum fuit, Dan.7.11.

אֹבֶד *m.* Perditio, *Num.24.20: quibusdam tamen manet Participium Kal.*

אֲבֵדָה *f.* Res perdita, *sive amissa, Levit.6.3: Constructum,* לְכָל־אֲבֵדַת אָחִיךָ, *Omni rei amissæ fratris tui, Deut.22.3.*

אֲבַדּוֹן *m.* Perditio, Perditionis locus, *Proverb.15. vers.11.*

אֲבַדֹּה *f. idem, Prov.27.20, quod legitur* אֲבַדּוֹ.

אָבְדָן *masc. idem: Constructum,* בְּאָבְדַן מוֹלַדְתִּי *In perditionem cognationis meæ, Esther 8. vers.6, juxta Aben Ezram.*

אַבְדָן *m. idem, Esth.9.5. quod juxta R.D.Kimchi possit esse Infinitum Pihel, cum* ן *paragogico & Dagesch ejecto.*

אָבָה Voluit, Acquievit: *construitur sæpè cum Dat. & ferè additâ negatione: Præt.* לֹא אָבָה לִי *Non acquievit mihi, Psalm.81. vers.12:* וְלֹא אָבוּא *Et non voluerunt, Jes.28.12, cum* א *paragog. Futur.* אַל תֹּאבֶא *Ne acquiescito, Prov.1.10, ubi prima radicalis abjecta, & tertia in* א *mutata est.*

אָב *m.* Pater, *à propensa Voluntate erga liberos, quasi Benevolus dictus: item* Author, Inventor *primus, Geneſ.4. verſ.20:* Doctor, *2.Reg.2.12, id eſt,* רַבִּי *juxta paraphraſten Chaldæum:* Socer *affinitate pater, 1.Sam.24. verſ.12. Tribuitur & Regibus, Principibus, Heris, Dominis, qui officio ſuis miniſtris, ſubditis aut domeſticis. Patrum loco ſunt, ut 2.Reg.5. verſ 13. Denique includit & avum & proavum, & pluraliter, quoslibet Majores: Conſtr.* אֲבִי *& bis* אַב, *Geneſ.17.5. Aff.* אֲבִי־אֶת *Cum patre meo, Geneſ.19.verſ.34, cum Kametz ad differentiam formæ conſtructæ: Plurale* אָבוֹת, Patres, Majores; *Conſtr.* אֲבוֹת: *Aff.* אֲבוֹתַי *Patres, vel Majores mei, Pſal.39. ver.13.* Chald. אַב: Aff. אֲבוּךְ Pater tuus, Dan.5.11: אֲבוּהִי Pater ejus, Dan.5.2: אֲבִי Pater meus, ver.13: plurale אֲבָהָתַי Patrum meorum, Dan.2.23, cum Chirek loco Pathach: אֲבָהָתָךְ Patrum tuorum, Eſræ 4. v.15: אֲבָהָתַנָא Patres noſtri, Eſr.5.12.

אֶבְרָה *m.* Voluntas, Deſiderium: עִם אֳנִיּוֹת אֶבְרָה *Cum navibus deſiderii, Job.9. verſ. 26, id eſt, velocibus, in quibus homines citò compotes fiunt Deſiderii ſui, perveniendo quò volunt, & deſiderant, ut explicat R. Levi Gerſon.*

אֶבְיוֹן *m.* Egenus, *quaſi Deſiderans dictus: cum enim ſit attenuatus & bonis deſtitutus, ſemper habere deſiderat; ſcribit. R. Sal. Exod. 23. verſ.6, & Deuter. 15. v. 4. Aff.* אֶבְיוֹנְךָ *Egeni tui, Exodi 23.6: plurale* אֶבְיוֹנִים *& conſt.* אֶבְיוֹנֵי *Egeni, Exod.23.v.11. Aff.* אֶבְיוֹנָיו *Egenos ſuos, Pſal.132.15.*

אַבְיוֹנָה *f.* Appetitus, Concupiſcentia, *Eccleſ.12.5.*

אֲבוֹי Heu, Eheu, *Prov.23.29.*

אֲבִי, Ah, ô, *optandi & deſiderandi affectum ſignificans, Job.34.36.*

אבח אֲבָחָה *f.* Cuſpis, Mucro: *Conſt.* אֲבַחַת חֶרֶב *Mucronem gladii, Ezech. 21.15: Interpretes Hebræi variant: alius* Terrorem, *alius* Mactationē, *alius* Clamorem *exponit, reſpiciendo ad Radices* בער, טבח, נבח *per literarum commutationem.*

אבטחים *vide in* בָּטַח.

אבך *Hitpahel* הִתְאַבֵּךְ Elevari, Elevare ſe: *Futur.* וְיִתְאַבְּכוּ *Elevabunt ſe, juxta Aben Eſram, Jeſ. 9. v. 18. Quidam,* In minutiſsimum pulverē abibunt, *quaſi ab* אָבָק *Caph & Koph permutatis.*

אבל Luxit, In luctu fuit: *tribuitur etiam metaphoricè inanimatis. Præter.* אָבַל תִּירוֹשׁ *Luget muſtum, Jeſ. 24. 7. Hiphil* הֶאֱבִיל Lugere fecit, Luctum attulit. *Præt.* הֶאֱבַלְתִּי *Luctum attuli, Ezech. 31. 15. Fut.* וַיַּאֲבֵל *Et luctum attulit, Thren. 2. v. 8. Hithpahel, Præt.* הִתְאַבֵּל *Luxit, 1. Sam. 15. 35.*

אֵבֶל *m.* Lugens; *at 1. Sam. 6. v. 18 juxta paraphraſten Chaldæum & R. Salomonem, ponitur pro* אֶבֶן Lapis, *ut ex v. 15, liquet: Eſt & proprium nomen loci à Luctu ſic dicti, Geneſ. 50. 11. Conſt.* כַּאֲבַל־אֵם *Sicut lugens matris Pſal. 35. ver. 14. plural.* אֲבֵלִים *Lugentes: conſt.* לַאֲבֵלֵי צִיּוֹן *Lugentibus Tzionis, Jeſa. 61. 3. Fœminin. plural.* אֲבֵלוֹרֶיהָ *Thren. 1. 4.*

אֵבֶל *m.* Luctus, *Gen. 27. 41.*

אֲבָל. At, Aſt, Sed, Verum, Verumtamen, Immò.

אובל *Vide in* יָבַל.

אבן אֶבֶן *f.* Lapis; *metonymicè,* Pondus, *Deut. 25. v. 13:* Perpendiculum: Maſſa, *ut Lapis plumbi, Zach. 5. 7. Lapis ſtanni, Zach. 4. 10: Aff.* אַבְנוֹ *Lapidem ſuum, 2. Reg. 3. 25.* Chald. אֶבֶן Lapis, Eſræ 5. 8, *& forma emphatica* אַבְנָא *Dan. 2. 34. Plur.* אֲבָנִים *f.* Lapides, Pondera, Perpendicula; *Conſt.* אַבְנֵי שֹׁהַם *Lapides onychis*

nychii, Exo. 28.9. Aff. אַבְנֵיהֶם Lapidum eorum, Neh. 4.3. אַבְנֵיהָ Lapides ejus, Deut. 8.9.

אֲבָנִים m. d. Sellæ parturientium, Exod. 1.16: Sellæ, Tabulæ figulorum, Jer. 18.3.

אַבְנֵט m. Balteus, Levit. 8.13. Aff. וְאַבְנֵטְךָ Et balteo tuo, Jes. 22.21. Plur. אַבְנֵטִים, Exod. 28.40.

אבס Saginare: Part. Pahul אָבוּס Saginatus, Prov. 15.17. plur. אֲבוּסִים 1. Reg. 4.23.

אָבוּס m. Præsepe, quasi Saginatorium: בְּאֵין אֲלָפִים אֵבוּס בָּר, Cùm non fuerint boves, præsepe mundum est, Prov. 14. v. 4. Plur. cum Aff. אֲבוּסֶיךָ Præsepia tua, Job. 39.12, quasi ab אָבוּס.

מַאֲבוּסִים m. p. Granaria: Aff. מַאֲבֻסֶיהָ Granaria, Horrea tua, Jer. 50.26.

אבק אָבָק m. Pulvis, Pulviſculus: Conſt: אֲבַק רַגְלָיו Pulvis pedum ejus, Nah. 1.3. Aff. אֲבָקָם Pulvis eorum, Ezech. 26.10.

אֲבָקָה f. idem: conſt. אַבְקַת רוֹכֵל Pulvis aromatarii, Cant. 3. verſ. 6.

נֶאֱבַק Niphal, Luctari, quòd hoc in pulvere fieret, unde, Fulvâ luctantur arenâ, apud Virg. Et, In arenam deſcendere. Futurum וַיֵּאָבֵק Et luctatus eſt, Geneſ. 32.24. Infin. cum Aff. בְּהֵאָבְקוֹ In luctando ipſum Geneſ. 32.25.

אבר אָבִיר m. Robuſtus, Fortis, Potens, Validus: Conſt. אֲבִיר יַעֲקֹב Robuſtus Jacobi, Geneſ. 49.24.

אַבִּיר m. idem: בַּאֲבִיר Ut potẽtiſſimus, Jeſ. 10.13, pro בְּאַבִּיר & juxta Maſorethas legendum כַּבִּיר. Plur. אַבִּירִים Robuſti: ſynecdochicè Tauri, juvenci, Equi, quod his robur competat, unde, Fortes invertant tauri apud Virg. Et, Non fortitudine equi delectatur, Pſal.

147. vers. 10: Const. אַבִּירֵי בָשָׁן, Robusti juvenci Baschanis, Psal. 22. 13: Aff. אַבִּירַי Fortes meos, Thren. 1. 15.

אֶבְרָה m. Penna, Ala, quòd in iis Robur avium sit, Psal. 55. vers. 7.

אֶבְרָה f. idem, Job. 39. v. 16: Aff. אֶבְרָתוֹ Alas suas, Deuteronom. 32. 11: Plur. cum Aff. אֶבְרוֹתֶיהָ Pennæ ejus, Psal. 68. vers. 14

הֶאֱבִיר Hiphil, Volare: Futur: יַאֲבִרְנֵץ Volabit accipiter, Job. 39. 29.

אגר אֶגְרֹת f. Fasciculus, metaphoricè, Cuneus, Agmen militum: Const. אֶגְרֹת אֵזוֹב Fasciculus hyssopi, Exod. 12. 22. Aff. וְאֶגְרָתוֹ Et cuneum suum, id est, hominum & animalium turmas, Hamos 9. 6. Plur. אֲגֻדּוֹת Fasces, Sarcinæ, Jes. 58. 6.

אגז אֱגוֹז m. Nux, juxta Hebræos interpretes communiter, Cant. 6. 10: quidam, Tonsio, Putatio, Collucatio, quasi à גָּזַז.

אגל אָגֹל m. Gutta: plur. const. אֲגָלֵי טָל Guttas roris, Job. 32. 28.

אגם אֲגַם m. Stagnum, Jes. 35. v. 7. Plural. אֲגַמִּים Stagna, Jes. 42. v. 15: Const. וַאֲגַמֵּי מָיִם Et stagna aquarum Jesa. 14. vers. 23: Aff. אֲגַמֵּיהֶם Stagna eorum, Exo. 7. 19, ex quibus Dagesch euphoniæ causâ ejectum est, aut sunt à forma אֲגַמִּים inquit Kimchi.

אַגְמוֹן m. Juncus, à Stagnis, in quibus crescit, Jes. 58. v. 5: Cortina, Ahenum majus, Job 41. v. 11, quomodo & יָם Mare, ad vas amplum refertur, ut est suo loco.

אגן אַגָּן f. Crater, Cant. 7. 2. Plur. בָּאֲגַנּוֹת In crateribus, Exod. 6. 24.

אגף אֲגַפִּים masc. p. Alæ; metaphoricè, Agmina, quomodo Latinis Alæ equitum, Alæ legio-

legionum *dicuntur*: *Aff.* אֲגַפָּיו *Agmina ejus, Ezech 12. verſ.14.*

אגר Collegit, Congeſsit, Comportavit: *Præter.* אָגְרָה בַקָּיִץ *Comportat in meſſe, Prov.6.v.8. Partic.* אגר בַּקַּיִץ *Congregans in æſtate, Prov.10.5.*

אֲגוֹרָה *Vide in* גרר.

אִגֶּרֶת *fœm.* Epiſtola, Literæ, *ſic dictæ quod in ea variæ res Comportentur, Nehem.6. verſ.5.* Chald. אִגְּרָא f. Epiſtola. Eſr.4. verſ.8. emph. אִגַּרְתָּא v.11. *plur.* אִגְּרוֹת *Epiſtolæ Neh.2.v.7. Aff.* אִגְּרוֹתֵיהֶם *Literas ſuas, Neh.6.17.*

אַגַּרְטָל *m.* Pelvis, Pollubrum: *plur. conſt.* אַגַּרְטְלֵי זָהָב *Pelves aureæ, Eſræ 1.9.*

אדב *Hiphil* הֶאֱדִיב Crucíavit. *Infin.* לְאַדִּיב *Ad crucíandum 1.Sam.2.3. Vide* דאב.

אדם Rubere, Rubrũ, Rufum eſſe: *Præt.* אָדְמוּ *Rubebant, Thren.4.7. Puhal Part.* מְאֻדָּם *Rubricatus, Nahũ 2.3. plur.* מְאֻדָּמִים *Rubricatæ, Rubefactæ, Exod.25.5. Hiphil, Futurum* אִם יַאְדִּימוּ *Si rubra fuerint, Jeſ.1.18. Hitpabel Futurum* כִּי יִתְאַדָּם *Cùm rubeſcit, Proverb.13.31.*

אָדֹם *m.* Ruber, Rufus, Rubicundus: *plural.* אֲדֻמִּים *Rubentes, 2.Reg.3.ver.22. Fœmin.* אֲדֻמָּה *Ruſa, Num.19. verſ.2.*

אֹדֶם *m.* Pyropus, Rubinus, *lapis pretioſus, Exod.28. verſ.17.*

אָדָם *m.* Homo, *quia fuit creatus* עָפָר מִן הָאֲדָמָה *Pulvis ex terra, Gen.2.7. Interdum generalitatem utriuſq; ſexus ſignificat, interdum diſtributivè,* Quiſque, *ut Levitic.1. verſ.2.*

אֲדָמָה *f.* Terra, *culta propriè, Rubri ſive argillacei coloris: Conſt.* אַדְמַת קֹדֶשׁ *Terra ſanctitatis. Exo.3 5. Aff.* עֲבַד

אַדְמָתוֹ יִשְׂבַּע לָחֶם *Colens terram suam saturabitur pane, Prov.12.11. Plur.* אֲדָמוֹת *Terræ, Psal.49.12.*

אַרְמֹם *m.* Subrubidus, *Levit.13.v.42. Fœm.* אַרְמֶמֶת *Subrubida, v.43. Plur.* אַרְמַמּוֹת, *v.37.*

אֵרֶן *m.* Stylobates, Basis, *Exod.38.27. plural.* אֲדָנִים *& Const.* אַדְנֵי *Exod.26.v.37. Aff.* וַאֲדָנֵיהֶם *Et stylobatas earum, Exo.38.10.* אַדְנֶיהָ *Bases ejus, Job.38. vers.6.*

אָדוֹן *m.* Dominus, *de Deo & Hominibus, Jos.3.11. Mich. 4. v.11. Aff.* אֲדוֹנִי *Dominus meus, Gen.23.15, de Abrahamo: Plur.* אֲדוֹנִים *Domini. Dicitur de uno & pluribus. D uno Abrahamo, Gen.24.9: Potiphare, Gen.39.v.2. Pharaone Gen.40.v.1: Josepho Genes.42.v.30: vide Jud.3.25. 2.Sam.20.6. De uno Deo, Psalm.136.3. Mal.1.6. Constr.* אַדוֹנֵי. *Aff.* אֲדוֹנָיו *Domini ejus, pro Dominus ejus, passim. Sic* אֲדוֹנֶיךָ, *Domini tui, singulariter, Gen.24.51:* אֲדֹנָי *Domini mei, cum Patach de hominibus;* אֲדֹנָי *cum Kametz, de Deo & Angelis divinis, & habet sensum singularem.*

אֲדַיִן Chal. *Tunc:* בַּאדַיִן *In tunc, per Pleonasmum, Dan.2. Oritur ex Hebræo* אָז *vel* אָזַי *commutato* ז *in* ד.

אדר *Niphal Partic.* נֶאְדָּר Magnificus, *Exod.15.11; cum paragogico,* נֶאְדַּרִי *Magnificum exhibes te, Exod.15.6. Hiphil* הֶאְדִּיר Magnificare, Magnificum reddere: *Futur.* וַיַּאְדִּיר *Et magnificum reddidit, Jes.42. vers.21.*

אַדִּיר *m.* Magnificus: Validus. *Aff.* אַדִּירוֹ *Magnificus ejus, Jer.30.21. plur.* אַבִּירִים, *Constr.* אַבִּירֵי הַצֹּאן *Magnifici pecoris, Jerem.25.34. Aff.* אַדִּירֶיךָ *Magnifici tui. Nahum3.18.*

אֶדֶר *m.* Magnificentia *Zach:11.13: item* Toga, Pallium *magnificum, Mich.2.8.*

אדר

אַדָּר *m.* Adar, *mensis Februario nostro respondens, Esth.3. v.7.* Chald. לְיַרְחָא אֲדָר Mensis Adar, Esræ 6.15. vide 2.Machab.15.37.

אַדֶּרֶת *f.* Magnificentia: Toga, *Jos.7.ver.21. Aff.* אַדַּרְתּוֹ *Togam magnificam suam, Paludamentum suum, Jon.3.6.* אַדַּרְתָּם *Magnificentia eorum, Zach.11.3.*

אֹדֶר Chald. אִדְּרָא *Area*, in Targum sæpè: plur. constr. מִן אִדְּרֵי קֵיט Ex areis æstatis, Dan.2. vers.35.

אַדַּרְגְּזַרְיָא Chald.m.p. *Senatores, Judices*, Dan.3.v.2. Sunt qui ex אַדִּיר Magnificus & גָּזַר Decrevit, compositum existimant, quasi *Judices magnificos* dicas.

אַדַּרְזְדָא Chald. *Sedulò, Diligenter*, Esth.7.3.

אַדַּרְכֹן *m.* Drachma: *plur.* אַדַּרְכֹנִים *Drachmæ 1.Par.29. vers.7.*

אָהַב Amavit, Dilexit: *Partic.fœm.cum paragogico,* אֹהַבְתִּי *Amans, Hos.10.ver.11. pro* אֹהֶבֶת, *Futur.* אֶאֱהַב *Diligam, Prov.8.ver.16. ex forma Chaldaica:* תֶּאֱהַבוּ *Amabitis, Prov.1.22, pro* תֶּאֱהֲבוּ *ut Aleph audiatur: Quidam tamen ex Pihel esse volunt. Niphal Partic. plur.* הַנֶּאֱהָבִים *Amantes se, Dilectissimi inter se, 2.Sam.1. 23. Pihel: Part.* מְאַהֲבִים *Amantes, Amatores:* מְאַהֲבַי *Amantium me, Zach.13.6.*

אֲהָבִים *m.p.* Amores, *Prov.5.19,* & אֲהֻבִים *Prov.7.18.*

אַהֲבָה *f.* Amor, Dilectio: *Const.* אַהֲבַת נַפְשׁוֹ *Amore animæ suæ, 1.Sam.20.17. Aff.* אַהֲבָתִי *Amor meus, Psal.109. vers.4.*

אֲהָהּ Ahah, Ah. *Jud.6.22. Interjectio dolētis. Aliâs* הָהּ *Ezech.30.2.*

אַיֵּה Ubi? *Hos.13.10.14, quasi pro* אַיֵּהּ *positum. Aliis est Futurum,* Ero *per Apocopam pro* אֶהְיֶה *ab*

אֹהֶל אֹהֶל *m.* Tentorium *Gen.4.v.20: Aff.* אָהֳלָה *Tentoriũ ejus, Gen.13.3. cum* ה *in fine loco Vau:* הָאָהֳלִי *Tentorii mei, Joſ.7.21, cũ Articulo* ה *& Affixo; vide Theſaurum noſtrum Grammaticum, lib.2. cap.5. in fine: plur.* אֹהָלִים *&* אֳהָלִים *: Conſt.* אָהֳלֵי, *Aff.* לְאָהָלָיו, *In tentoria ſua, Jud.7.8:* מֵאָהָלֶיךָ *A tentoriis tuis, Job.22.ver.23, Cholem manente vel mutato.*

אָהַל Tentorium figere, tendere, vel movere. *Futurum* וַיֶּאֱהַל *Et tentoria movit, Gen.13.12. Hiphil, Futur.* יַהֵל *Tentorium figet, Jeſ.13.20. pro* יַאֲהִיל *abjectâ primâ radicali.* יַאֲהִיל *Vide in* חלל.

אֲהָלִים *m. p.* Santali, *arbores præſtantiſſimæ, Num.24. 6, cujus ligna ſiccata, aut fructus, odoris grati ſunt, ut liquet ex Prov.7.v.17. Et Fœm.* וַאֲהָלוֹת *Et ſantali, Cant.4. 14. Et ſic Pſal.45.9. Vulgo* Aloen *reddunt.*

אוֹ Aut, Vel, Sive: *Volunt quidam pro* Et, Si, *quandoq; ſumi, ſed non neceſſe eſt.*

אוֹב *m.* Pytho, *qui reſponſa dando diabolicis artibus homines à Deo avocat, Levit.20. v.27. plur.* אֹבוֹת *Pythones, Levit.19. 31: Item,* Utres, *unde* כְּאֹבוֹת *Sicut utres, Job.32.v.19. Hinc Pythonis ſignificatio juxta Aben Eſram, quod ex tumido Ventre, quaſi Utre oracula depromeret.*

אוֹד עַל אוֹדוֹת, אֹדוֹת Propter, Causâ, De, *ſemper præcedente particulâ* עַל *pro qua ſemel legitur* אַל *2. Sam 13.v.16: Aff.* עַל־אוֹדוֹתַי וְעַל־אוֹדוֹתֶיךָ *Mei causâ, & tui causâ, Joſ.14.6.*

אוּד *m.* Titio, Torris, *Amos 4.11:* אוּדִים הַצְּלוּיִם *Titiones, ſumigantes, Jeſ.7.4.*

אוה *Pihel,* Expetivit, Concupivit, Deſideravit: *Præt.* אִוִּיתִיךָ *Deſidero te, Jeſ.26.9. Futur.* תְּאַוֶּה *Deſiderabit, Deut.12. 20.* נָאֹה נְאַוֶּה *Vide in* נָאָה. *Hitpahel*

pahel הִתְאַוֹּתָה *Desiderat, Pro. 21.26.* וְהִתְאַוֹּתָם *vide in* תָּוָה.

אִו *m. Desideriũ juxta quosdã, Prov. 31.4. vide & in* אִין.

אַוָּה Desiderium: *Const.* אַוַּת נַפְשְׁךָ, *Desiderium animæ tuæ, Deut. 12.15.* Aff. בְּאַוָּתִי *In desiderio meo, Hos. 10. v. 10.*

תַּאֲוָה *f. idem: Constr.* תַּאֲוַת לִבּוֹ *Desiderium cordis ejus. Psal. 21.3: Aff.* תַּאֲוָתוֹ *Desiderium meum, Psal 38. v. 10. vide aliam ejus significationem in* תָּאָה.

מַאֲוַיִם *m p. idẽ: Cõst.* מַאֲוֵי רָשָׁע *Desideria impĳ. Ps. 140.9.*

אוּחַ אוּחִים *m.p.* Aves ferales, Animalia terribilia. *Jes. 13.21. Variant interpretes.*

אוֹי Eheu, Væ, *Ezech. 16.23. & cum* ה *paragogico* אוֹיָה *Hei Heu, Psal. 120.5.*

אוּל אִלְיוּלַי Fortasis, Fortasse, Forsitan. *Est benè sperantis potiùs, quàm dubitantis. Inde R. Salomo Gen. 50.15. vult etiam optantis esse, idem quod* לוּ Utinam. *Potest etiam ad* אוֹלָה *referri.*

אוּלָם Protectò, Certè, Verumtamen, *Gen. 28. vers. 19. confirmandi particula quasi ab* אוּל. *vide & infrà in* אֻלָם.

אֱוִיל Stultus, *Prov. 12.15:* אֱוֶל *idem, Zach. 11. v. 15. plural.* אֱוִילִים *Stulti, Prov. 1.7.*

אִוֶּלֶת *f.* Stultitia, Res stulta, *Prov. 19.3. Aff.* אִוַּלְתִּי *Stultitia mea, Psal. 38.6.*

אוֹן אָוֶן *m.* Iniquitas, Vanitas, Molestia. Idolum, *à Vanitate vel molestia, Jes. 66.3. 1. Sam. 15.23: Aff.* אוֹנֶךָ *Vanitatis, iniquitatis tuæ, Jer. 4. v. 14.* אוֹנָם *Iniquitatem ipsorum, Psal. 94.23. Aliter mox.*

אוֹן *m.* Robur, Potentia, Vires: Substantia, Opes *quomodo cum* הוֹן *convenit, ut D. Kimchi scribit, Hos. 12. 8. Sic autem dicũtur opes, quòd vel robore, vel iniquitate aut molestiâ & labore parẽtur, aut & homines Robur suũ in iis ponant. Aff.* אוֹנוֹ *Substantiam suam, Job. 20.10.* אוֹנוֹ *Roboris ejus. Job. 18.7:* אוֹנִי *Potentiæ meæ. Gen. 49.3. plur.* אוֹנִים *Vires, Jes. 40.26. Psal. 78.51. Vide &* אוֹן.

תְּאֻנִים *m. p.* Molestiæ, *Ezech.24.12.*

אוץ Urſit, Arctavit, Preſsit, Feſtinavit: *Præt.* אָץ *Feſtinabat, Joſ.10.13:* אַצְתִּי *Urſi, Jer.17.16. Hiphil Futur.* וַיָּאִיצוּ *Et urgebant, Gen.19.15:* תָּאִיצוּ *Urgebitis, Jeſ.22.4.*

אֵץ *m.* Præceps, Feſtinus, Arctus, Anguſtus, *Joſ. 17. verſ.15.*

אור Lucidum eſſe, Illuminari, Lucere, Illucere: *Præt.* הַבֹּקֶר אוֹר *Mane illuxerat, Gen.44.3. Niphal* נֶאוֹר Lucidum fieri, Illuſtrari, Illucere. *Part.* נָאוֹר *Illuſtris factus es, Pſal.76.5. Infin.* לֵאוֹר *Ut illuſtretur, Job.33.30. Futurum* וַיֵּאוֹר *Et illuxit 2.Sam.2.32. Hiphil* הֵאִיר Lucere fecit, Lucidum reddidit, Illuſtravit, Illuminavit, Incendit: *& intranſitivè,* Luxit, Reluxit: *Præter.* וְהֵאִיר *Ut lux vel lucidum ſit, aut lucem præbeat, Exo.25.37.*

אוֹר *m.* Lux, Lumen: *Aff.* אוֹרוֹ *Lucem ſuam, Job.36.30: plur.* אוֹרִים *Lumina. Pſal.136.7. Quandoq;* Pluvia, *juxta Hebræos: ut,* יָפִיץ עֲנָן אוֹרוֹ *Spargit nubes pluviam ſuam, Job.37.11. Sic targum,* מְטָרֵיהּ *Pluviam ſuam: vide & 36.30.*

אוֹרָה *f. idem, Eſth.8.15: plur.* אוֹרוֹת Olera, *2.Reg.4.v.39. Jeſa 26.19, ſic dicta, quòd ſuo virore oculos Illuſtrent, ut Talmudici ſcribunt in Joma fol.18.*

אוּר *m.* Ignis, *à Lucendo:* Focus, *Jeſ.50.11: plur.* בָּאֻרִים *In ignibus. Jeſ.24.15:* וְאֶת־הָאוּרִים *Et Urim, Exodi.28.30: Aff.* תֻּמֶּיךָ־וְאוּרֶיךָ *Thummim tui, & Urim tui, Deuter.33. v.8, quæ qualia fuerint, non ſcimus, ſcribit Aben Eſra, Exod.28.v.5. Apud Talmudicos legitur* אוּרִים *dicuntur* שמאירין את דבריהן *quia illuſtrant, & explicant verba ipſorum:* תוּמִים *autem* שמתמימים את דבריהן, *quia perficiunt verba ipſorum: Joma cap.7. in fine. Vide Aben*

Eſram

Esram dicto loco, & R. Salom. Exo. 28. 30. & ibidem Targum Jonathanis.

אֵרָה, *Vide in* אֵרָה.

מָאוֹר *m.* Lumen, Luminare: *Const.* לְמָאוֹר פָּנֶיךָ *Lumini vultus tui, Psal. 90. 8. Plur. const.* מְאוֹרֵי אוֹר *Luminaria lucis, Ezech. 32. 8. Fœm. plur.* מְאוֹרוֹת *Gen. 1. 16.*

מְאוֹרָה *f.* Caverna, Specus: *Const.* עַל מְאוֹרַת צִפְעוֹנִי *Super specum viperæ, Jes. 11. 8.*

אוֹת *c.* Signum, *tam nudum, quàm prodigiosum, Gen. 4. 15. plur.* הָאֹתוֹת *Signus, Exodi 4. 9:* לְאֹתֹת *In signa, Gen. 1. 14. Aff.* אֹתֹתַי *Signa mea, Num. 14. v. 22.* Chal. אָת: plur. אָתִין Signa, Dan. 6. 28: *emph.* אָתָיָא *Dan. 3. vers. 31: Aff.* אָתוֹהִי *Signa ejus. v. 32.* אוֹתִיּוֹת *vide in* אָתָה.

אָז Tunc: אֲזַי *idem, Psalm. 124. v. 3.* מִן־אָז A tunc, Ex tunc, *id est, A quo tempore, Ex quo, Jer. 44. 18:* מֵאָז *idem, Gen. 39. 5. vel* A tunc *pro*, Ab æterno, *Ante ullum tempus, Psal. 93. 2. Pro. 8. 22.*

אזא אֲזָה Chal. *Accendi, Succendi:* Partic. Pehil אְזִה Accensa, Dan. 3. 22, pro אֲזֵה vel אֲזֵי. Infinit. לְמֶזֵא Ad accendendum, v. 19: *Aff.* לְמֶזֵיהּ Ad accendendum eam, ibid.

אזב אֵזוֹב *m.* Hyssopus, *cujus in aspersionibus sacris erat usus, fasciculo ex eo facto, Exo. 12. 22.*

אזד Chald. *Abiit, Exiit.* Partic. fœm. אֲזָדָא Abiit, Dan. 2. 5. 8. Juxta R. Saadiã idem est quod אָזַל *per commutationem* ל & ד.

אָזַל Abiit, Digressus est, Profectus fuit. *Præter.* אָזְלָה *Abiit, Defecit, Deut. 32. 36: simile vide in* שׁוּב. *Futurum* תֵּזְלִי *Digredieris, Jer. 2. v. 36, quæ sunt ex forma Chald.* Chal. *Præt.* לְבֵיתֵיהּ אֲזַל Domũ suã abiit Dan. 2. 17. אֲזָלוּ Profecti sunt, Esr. 4. 23: אֲזָלָנָא Pro-

fecti sumus, Esr. 5. 8. Imp. אֲזֹל Abi v. 15, cum Tzere loco hateph Sægol. *Pyhal, Partic.* מְאוּזָל *Abire factus, Vagus, Ezech. 27. 19.*

אֲזֹל *m.* Itio, Abitio, Iter: אֶבֶן הָאֲזֹל *Lapis itionis sive itineris 1. Sam. 20. 19.*

אזן אֹזֶן *f.* Auris: *Aff.* אָזְנוֹ *Auris ejus, Jes. 33. 15. Duale,* אָזְנַיִם *Aures, Jes. 42. 20: Const.* אָזְנֵי, *Jes. 32. v. 3. Aff.* אָזְנָיו *Aures ejus, Jes. 11. 3.* בְּאָזְנֵיכֶם *In aurib. vestris, Deu. 5. 1.*

אזן *Pihel,* Attendit: *Præt.* וְאִזֵּן *Et attendit, Eccles. 12. 9. Hiphil* הֶאֱזִין Auribus percepit, Aures præbuit, Advertit: *Partic.* מַזִּין *Prov. 17. 4, pro* מַאֲזִין. *Sic Futur.* אָזִין *Aurem præbui, Job. 32. 12. pro* אַאֲזִין.

מאזנים *m. d.* Lances, Statera, Trutina: *Constructi* מֹאזְנֵי מִרְמָה *Lances doli, id est, dolosæ, Prov. 11. 1.*

אֲזִיקִים *vide in* זָקַק.

אזר Cinxit, Accinxit: Accinctus fuit: *Præter.* אָזְרוּ *Accinguntur, 1. Sam 2. 4. Niphal Part.* נֶאְזָר *Accinctus, Psal. 65. 6. Pihel* אִזַּר Accinxit. *Futur.* וַתְּזַרֵנִי *Et accinges me, 2. Sam. 22. 40, pro* וַתְּאַזְּרֵנִי *ut pro eo legitur Psalm. 18. 40. Hithpahel Præt.* הִתְאַזָּר *Accingit se, Psal. 93. v. 1. Imper.* הִתְאַזְּרוּ *Accingimini, Jesa. 8. 9.*

אֵזוֹר *m.* Cingulum, Cinctura, *Jes 11. 5.*

אח *f.* Focus: וְאֵת הָאָח לְפָנָיו מִבְעֶרֶת *Et focus coram ipso ardebat, Jer. 36 22. Item* Ah, Heu, *Ezec. 6 11. & 21. 15. dolentis & gementis, quasi ab* אֲנַח *vel pro* אָהּ *guttura-lib.* ה *&* ח *commutatis: vide & mox in* אֶחָד, *& in* אהה

הָאָח Euge, *Psal. 35. 21, vox gestientis & insultantus præ lætitia, unde Chaldæus plerung; eam vertit* חֶדְוָא Lætitia, *ut Ezech. 36. 2. Job. 39. 28.*

אחים *vide supra in* אוּחַ.

אחד אֶחָד *m.* Unus, Quidam, Primus: *per Apocopam* אָח *Unum, juxta R. David, Ezech. 18. 10:*

vel

vel est Frater, *juxta Targum ab* אֲחָה *ex forma Chaldaica. Per Aphæresin,* חַד *Ezech.33. v.30.* Chald. צְלֵם חַד *Imago una, Dan.2.v.31.Fœm.* בְּשְׁנַת חֲדָה *In anno primo, Esr.5.13.* כְּשָׁעָה חֲדָא *Quasi hora una, Dan.4.16:* כַּחֲדָה Simul, Unà Pariter, *Dan.2.35.Plur.* אֲחָדִים *Uni, id est, iidem, Gen.11.1.* Pauci, *Gen.27.44.& 29.20:* לַאֲחָדִים *In una, id est, unita, adunata, Ezech.37.17.Fœm.* אַחַת *& ad accentus pausantes,* אָחַת Una, *contractum ex masc. pro* אֲחָדַת, *ut docet Aben Esra Exod.26.7. Hinc verbum in Kal pro* Adunare se, *vnde possit esse Fut.* תַּחַד, *quod vide in* יָחַד. *Hitpahel, Imp.* הִתְאַחֲדִי *Uni, Aduna te, Ezec.21.16.*

אַחִירָן *Vide in* חוד.

אחה אָח *m.* Frater; Propinquus, Agnatus, Cognatus, *& q eadē professione, gente, morib. vel amicitiâ frater est. Pro agnato, ut Lotho, Gen.14. v.14, qui v.12. dicitur fuisse filius fratris Abrahami: Pro Gentili, Lev.25.46: Pro quolibet proximo, Lev.19.17. & fratre, morib. Pr.18.19. Const.* אֲחִי: *Aff.* אָחִי *Frater meus, Gen.20. 5.* אָחִיו *Fratrē ejus, Gen.4.2, & semel cū Pathach* לַאֲחִיו *Fratri suo, Num.6.v.7. Plur.* אַחִים *Fratres, Gen.13.8, & sic Hos 13. v.15, ubi tamen Aben Esra & R.Sal.* Pratum, *Ulvam vel carectum exponunt, pro* אָחוּ, *de quo mox. Const.* אֲחֵי *2.Reg.10.13:* אֲחֵיו *Fratres ejus, Jer.49.10.* לַאֲחֵי *Fratribus meis, Psalm.22.23:* אֲחֵיךָ *Fratres tuos, Gen.48. 22.* אֲחֵינוּ *Fratrum nostrorum, Gen.31.32.* Chald. אֲחֵיכְ Fratribus tuis, Esr.7.18.

אָחוֹת *f.* Soror, *Num.25.18. Const.* אֲחוֹת: *Aff.* וַאֲחוֹתִי *Et soror mea, Job.17. v.14. Plur.* אֲחָיוֹת *& const.* אַחְיוֹת, *unde cum Aff.* אַחְיוֹתָיו *Sorores ejus, Job.42.vers.11.& contractè* וַאֲחוֹתַיִךְ *Et sorores tuæ, Ezech.16.v.55,*

אַחְוָה *f.* Fraternitas, *Zach.11.14.*

אָחוּ *m.* Ulva, *Carectum, vel simpliciter,* Gramen,

Iob. 8.11: בָּאָחוּ *In ulva, vel, In gramine, Gen. 41. 2.* אֲחִיָּה, Chald. vide in חְוָה.

אָחַז Cepit, Prehendit, Apprehendit, Comprehendit, Tenuit, Possedit: Hæsit, Cohæsit, *ut 1. Reg. 6. 6. Ezech. 41. 6:* Hærere fecit, adjecit, adjunxit, *ut 1. Reg. 6. v. 10. Construitur cum Accus. & sæpè cum* ב. *Niphal,* נֶאֱחַז Captus, Detentus fuit, Possessor constitutus vel factus fuit. *Præter* וְנֶאֱחֲזוּ *Et possessores fient, Num. 32. 30, cum* א *quiescente, ut in Futuro Kal. Part.* נֶאֱחָז *Detētus, Gen. 22. 13: plur.* נֶאֱחָזִים *Qui capiuntur, Eccl. 9. 12. Pihel Partic.* מְאַחֵז *Continet, Job. 26. 9. Hophal Partic.* מָאֳחָזִים *Comprehensi, Conjuncti, 2. Par. 9. 18.*

אֲחֻזָּה Possessio: *Constr.* וַאֲחֻזַּת הָעִיר *Et possessionem urbis Ezech. 45. 6. Aff.* וַאֲחֻזָּתְךָ *Et possessionem tuam, Psal. 2. vers. 8.*

אחל אַחֲלַי Utinam, *2. Reg. 5. 3. & in Pathach,* אַחֲלַי, *Psal. 119. 5. Sunt qui à* חָלָה *deducant, quod in Pihel præter alia etiam* Precari *significat, quasi Precantis & optantis vox sit.*

אחם אַחְמְתָא Chal. *Arca, Scrinium* pro reconden dis scriptis & Actis regum & principum, ut A. Esra & R. Sol. Jarchi putant, Esræ 6. 2. Quidam nomen proprium urbis esse existimant, *Achmeta, Ecbatana* vulgò, sic dicta, quòd æstivam stationem reges illic haberent, ab Hebræo חֲמַם *In Targum Esther reperi,* אַחְמִיתִין דִּנְחָשָׁא *Scrinia area, Esth. 1. 4. in Venetis.*

אַחַר אַחֲרֵי Post, Postea, Postquam: וְאַחֲרֵי־כֵן *Et postea, Gen. 15. 14: Cum Affixis,* אַחֲרָיו *Post eum,* אַחֲרֶיךָ *Post te,* אַחֲרַי *Post me,* אַחֲרֵיכֶם *Post vos, &c.* Chal. אַחֲרֵי דְנָה Post hæc, Posthac, Dan. 2. ver. 29:

אַחֲרֵיהֶן Post eos, Dan. 7. 24. אַחֲרִין Postremò, Tandem, Dan. 4. 5.

אַחֵר *m.* Alius, Alter, *quasi Posterior.* plural. אֲחֵרִים *Alii quod est quasi à singulari* אָחֵר; *& in Nun more Chaldaico,* אַחֲרִין *Job. 31. 10.* Fœmin. אַחֶרֶת Alia, Altera, *Gen. 26. 21: plurale* אַחֵרוֹת *Gen. 29. 27.* Chal. מַלְכוּ אָחֳרִי Regnũ aliud, Dan. 2. 39, in q̃ utroq; apocopa literę ת.

אָחוֹר Retrò, Retrorsum; Posterum, Posterius: Occidens, *plaga mundi Posterior, respectu Orientis, quæ dicitur* קֶדֶם *pars Anterior:* בְּאָחוֹר *In posteriore parte, Ponè, Prov. 29. 11:* מֵאָחוֹר *A posteriore parte, A tergo, 2. Sam. 10. 9:* לְאָחוֹר *Retrorsum, Psal. 114. 3: In posterũ, Jes. 42. 23: plur. Constr.* עַל אֲחוֹרֵי *Versus posterioritates, sive posteriorem partẽ, Exo. 26. 12. Aff.* אֲחֹרֵיהֶם *Posteriora eorũ, Ezec. 8. 16.*

אַחֲרוֹן *m.* Posterior, Posterius, Posterum, Postremũ: *plur.* אַחֲרוֹנִים *Posteriora, Jes. 9. v. 1. Fœm.* בָּאַחֲרוֹנָה *In postremo, id est, Postea, Deut. 13. 9:* לָאַחֲרֹנָה *In posterum, Postea, Eccles 1. 11.*

אַחֲרַנִּית Retrorsum, *Gen. 9. 23.*

אָחֳרָן *m.* Chal. Alius, Dan. 2. 11: & 7. 24.

אַחֲרִית *f.* Posteritas, Posterius, Postremum, Extremum, Ultimum, Finis, Consequens, *& metonymicè* Merces, *ut Prov. 23. 18.* Chal. בַּאֲחֲרִית יוֹמַיָּא. In extremo dierum, Dan. 2. 28. Aff. לְאַחֲרִיתוֹ *Posteritati ejus, Dan. 11. 4.*

אָחַר Moratus est, Tardavit, Distulit, *quasi dicas, Posterioravit. Fut.* וְאֶאֱחַר *Et moratus sum, Gen. 32. 4, formæ Chald. cui simile in* אָזַל. *Pihel Præt.* אִחֵר *Distulit, Gen. 34. 19:* אֲחֵרוּ *Differunt, Jud. 5. 28, cum Sægol ab initio loco Tzere, propter sequẽs Hatephsægol.* Hiphil *Fut.* וַיְאַחַר *Et sivit ut tardaret, 2. Sam. 20. 5, cũ* ו *loco* א *ex Chaldaïs.*

אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים *mas. plur.* Satrapæ, *Esth. 9. ver. 3. Constr.*

לְאַחַשְׁדַּרְפְּנֵי הַמֶּלֶךְ, *Satrapis regis, Hesr.8. v.36.* Chald. אַחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא Satrapæ, Dan.3.2.

אַחַשְׁתְּרָנִים *m.p.* Cursores regii. *Esth.8.10, juxta quosdam. R. Sol. Iarchi exponit* Camelos velocissimos: *Aben Esra,* Mulos, *quem plerique sequuntur.*

אֵטָד *m.* Kynosbaton (*Sentis-canis, Rubus caninus*) *vel* Rhamnus, *spina summè aculeata, Psal.58.10:* אֶל־הָאָטָד *Ad Rhamnum vel Cynosbaton, Jud.9.14.*

אטט אֵט Sensim, Leniter, Lentè, *1.Reg.21.v.27.* לְאַט־לִי *Leniter mihi, 2.Sam.18.5:* לְאָט *Sensim, Jes.8.6:* Aff. לְאִטִּי *Ad lentitudinem meam, Lentè pro commoditate mea, Gen.33.14. Usum habet Nominis.*

אטים *m.p. Præstigiatores, Divini, Jesa.19.3:*

אָטַם Clausit, Occlusit, Obthuravit: *Partic.* אֹטֵם *Occludens, Jes.33:15. Part.pret.* אֲטוּמִים *Clausæ, id est, angustæ, quasi Clausæ videantur, secundùm Chald. paraphrasten, vel Clausæ sc.vitro, 1.Reg.6.4. Et sic Ezech. 40.16.* Hiphil *Futur.* יַאְטֵם *Obthurabit, Psal.58.5.*

אטן אֵטוֹן *m.* Funis, Funiculus, Filum: *metonymicè* Linteum *ex filis contextum:* אֵטוֹן מִצְרַיִם *Fune Aegypti, id est, linteis ægyptiacis, quæ erant subtilissima Pro.7.16. In Targum,* אֲטוּנֵיהוֹן *Funes eorũ, Hebraicè* מֵיתְרֵיהֶם, *Exo.35.18:* בַּאֲטוּנָא *Fune, Heb.* בַּחֶבֶל *Jos.2.15.*

אָטַר Clausit, Occlusit: *Futur.* אַל תֶּאְטַר עָלַי *Ne occludat super me, Psal.69.16.*

אטר אָטֵר *m.* Præclusus: אָטֵר יַד יְמִינוֹ *Præclusus manu dextera sua Jud.3.15, id est, impos manu dextera. Fuit enim* שְׂמֹאלִיי *Scæva, ut Kimchi scribit.*

אי אִי *m.* Insula, Regio, Provincia, *Jesa.20.6: plural.* אִיִּים *Ps.79.1. Itẽ* Aves insulanæ, Ululæ, *Jes.13.22.* הָאִיִּין *Insulæ, Ezech.26.18: const.* אִיֵּי *Gen.10.5. vide etiam* אִיָּה צִיִּים.

אָיַב Inimicatus est: *Prat.* וְאֶיְבְּךָ אֶת אֹיְבֶיךָ *Et inimicabor inimicos tuos, Exo. 23. 22.*

אוֹיֵב *m. Inimicus: Aff.* אֹיְבוֹ *Inimicus ejus, 1. Sam. 24. 20.* אֹיִבְךָ *Inimici tui, Exod. 23. 4:* Plur. אוֹיְבִים *&* Conſt. אֹיְבֵי *Inimici:* Aff. וְאֹיְבַי *Et inimicos meos, Pſal. 18. 41.*

אֹיֶבֶת *f.* Inimica: Aff. אֹיַבְתִּי *Inimica mea, Mich. 7. 8.*

אֵיבָה *f.* Inimicitia, *Gen. 3. 15:* Conſt. אֵיבַת עוֹלָם *Inimicitia perpetua, Ezech. 35. 5.*

אֵיד *m.* Vapor: Interitus, Calamitas, Exitium, *quòd quæ evaporant, Intereant & in nihilum quaſi abeant.* וְאֵיד *Et vapor, Gen. 2. 6, quod juxta Maſoram legitur abſq; '.* Aff. וְאֵידְכֶם *Et calamitas veſtra, Prov. 1. 27:* אֵידָם *Calamitas ipſorum, Ezech. 35. 5.*

אַיָּה *f.* Pica, *Lev. 11. 14:* Cornix, *Job. 28. 7.*

אַיֵּה Ubi? *Aff.* אַיֶּכָּה *Ubi tu ſcil. es? Gen. 3. v. 9.* אַיּוֹ *Ubi ille? 2. Reg. 19. 13.* אַיָּם *Ubi ſunt illi? Jeſ. 19. 12.*

אֵי *Ubi? Gen. 4. v. 9,* אֵיזֶה *Ubi iſta, ſcil. ſit, 1. Sam. 9. v. 18:* Quanam? *1: Reg. 22. 24:* Ubinam, Quænam, *Jer. 6. 16:* Qualenam, Quodnam, *Eccleſ. 2. 3: Et abſq; Makkaph* אֵיזֶה Quidnam, *Eccleſ. 11. v. 6.* אֵי מִזֶּה תָּבוֹא *Ubi ex quo venis? 2. Sam. 1. 3, hoc eſt,* Undenam? אֵי מִזֶּה אַתָּה *Undenam es? v. 13. Jungitur etiam cum* פֹּה, *vide illic.*

אֵיךְ Quomodo? *Gen. 39. 9:* אֵיכָה *idem, Deut. 1. 12:* Ubinam, *Cant. 1. 7: & cum Cholem,* אֵיכֹה *Ubinam, 2. Reg. 6. 13, quaſi pro* אֵיפֹה *de quo in* פֹּה. *Et geminato Caph,* אֵיכָכָה *Quomodo? Eſth. 8. 6: duo ſunt penacuta,* אֵיכָכָה *Cant. 5. 3.*

אַיִל *m.* Fortitudo, Virtus; כְּגִבֶּר אֵין אַיִל *Sicut vir ſine virtute aut viribus, Pſal. 88. 5.*

אֵילוּת *f. idem:* Aff. אֵילוּתִי *Virtus mea, Pſal. 22. 20.*

אַיִל *m.* Aries, *Num. 28. 27: item* Superliminare, *Limen 1. Reg. 6. 31: Ezech. 40. 14: conſt.* מִלְבַד אֵיל *Præter arietem,*

Num.5.8. Et absq; Jod, אֶלְאָלָם *Limen vestibuli, Ezec.40. 48: Plurale,* אֵילִים *Arietes, Mich.6.7.* לָאֵילִים *Liminibus, Ezech.40.10:* אֶת־אֵילִים *Superliminaria, Ezech.40.v.14. Constr.* אֵילֵי *Arietes, Gen.31.38:* אֵלֵיהֶטָה *Superliminarib. eorū, cum* ה *paragogico, pro* אֵלֵיהֶם *Ezech.40.16:* אֵילָו *Limina ejus, v.24. vide & mox in* אֵל.

אֵיל *m. Planicies;* אֵיל פָּארָן *Planicies Paran, Gen.14.6.*

אֵלון *m. idem:* עַד אֵלון מוֹרֶה *Usq; ad planiciem More, Gen. 12.6: Plur. const.* בְּאֵלוֹנֵי מַמְרֵא *In cāpestrib. planis Mamre, Genes.14.13. Quidam Quercetum explicāt, quasi idem cum* אֵלָה, *de quo in* אֵלָה.

אַיָל *m* Cervus, *quasi Aries ferus vel sylvestris, juxta quosdam, Deut.15.v.22:* Plur. אַיָלִים *Cervi, Cant.2.9. Fœmina nè legitur, Ps.42,2, cujus diversas causas Hebr. reddūt.*

אַיָלָה *f.* Cerva, *Gen.49.21. vel* אַיֶלֶת *prov.5.19:* עַל־אַיֶלֶת הַשַּׁחַר *Ad cervam auroræ. Psalm.22.1, quod alii initium alicujus Cantici, alii instrumentum musicum fuisse existimāt: R. Menachem citante R. Sol. explicat* מָעוֹז *Robur. Et sic ab Esra* בְּחֵי עֲלוּת הַשַּׁחַר *Robur ascēsus auroræ: plur.* בָּאֲיָלוּת *Quasi cervarum, Psalm.18 34: Constr.* בַּאֲיָלוֹת הַשָּׂדֶה *Per cervas agri Cant.2 7.*

אֵל *m.* Fortis: בְּיַד אֵל גּוֹיִם *In manus fortissimi gentium, Ezec.31.11:* Deus, *propriè fortis, & à Fortitudine sic appellatus. Item* Potestas, Facultas, *quando post se habet Nomen* יָד, *unde* לְאֵל יָדֵךְ *In facultate manus tuæ, Prov.3. 27. non est sine* ל *in hoc usu. Aff.* אֵלִי *Deus mi, Psal.22.2. & 68.25. Jesa.44.17, nec cum aliis Aff. reperitur. Plural.* אֵל אֱלֹהִים *Deus Deorum, Dan.11.36:* בְּנֵי אֵלִים *Filii fortium, Psal 29.1: defectivè* בָּאֵלִם *Inter fortissimos, Exod.15. v.11. Constructum,* אֵילֵי הָאָרֶץ *Fortes terræ, Ezech.17.13, cum* י *in medio, & absque eo,* אֵלֵי גִבּוֹרִים *Fortes potentum, Ezech.32.21, id est, duces potentissimi. Vide etiam infra in* אֱלֹהִים.

אִם

אִים *Unde* אִים *m.* Formidabilis, Terribilis, *Hab.1. 7. Fœm.* אֵימָה *Terrifica, Cant.6.3.* אֵימְתָא Chal. m. *Terribilis*, Jes.28.16: plural. אֵימְתָנִין Hab.1. 7. in Targum: Fæm. אֵמְתָנִי Terrifica, Dan.7.7, per Apocopam, pro אֵמְתָנִית, & Sægol est loco Tzere.

אֵימָה *f.* Terror, Formido: *Et cum duplicata litera faminini generis,* אֵימָתָה, *Formido maxima, Exod 15. 16.* Constr. אֵימַת מֶלֶךְ *Formido regis, Pro 20.2.* Aff. וְאֵימָתוֹ *Et Terror ejus Job.9.34:* Plur. אֵימוֹת *Terrores, Psal.55.5: & formâ masc.* אֵימִים *Job.20.25: item* Idola, *Jer.50.38, quasi Terricula dicas, quòd Terrorem potiùs quàm tranquillitatem animis cultorum suorum afferant, ut Kimchi scribit hoc loco:* Aff. אֵימֶיךָ *Terrores tuos, Psal.88.16.* אֵמִים Emæi, Gigantes, *quasi Terrifici & formidabiles dicti, Deut.2.11.*

נָבִיא m. Propheta: Aff. נְבִיאֲךָ Propheta tuus, Exod. 7. ver. 1: R. Salomon hoc loco deducit à נוב Eloqui, quasi נָבִיא sit Orator, Præco eloquens, verba objurgatoria ad populum, qui Gallicè dicitur Predicateur, Prædicator vulgò. Sed rectè ab Ab. Esra refutatur, qui scribit א esse radicale, & נָבִיא propriè dici eum cui Deus arcana revelat. Plurale, נְבִיאִים Prophetæ, Jerem. 23. v. 25: Construct. נְבִיאֵי Jer. 23. 15: Aff. נְבִיאָיו Prophetarum ejus, 1. Reg. 22. 22. Fœm. נְבִיאָה Prophetissa, Exo. 15. 20. Chal. נְבִיָּאה Propheta, Esr. 5. 1: & 6. 14. plur. נְבִיָּאֵי prophetæ, ibid. In Targum absq; ה scribitur.

נְבוּאָה f. Prophetia, Nehem. 6. vers. 12: Constructum, נְבוּאַת 2. Par. 9. 29. Chald. בִּנְבוּאַרְתָּא In Prophetia, Esr. 6. v. 14.

נבב Unde נָבוּב juxta quosdam, quod vide in בוב.

נִבְזֶה Chald. Vide in בזה.

נָבַח Latravit: Infin. לֹא יוּכְלוּ לִנְבֹּחַ Non possunt latrare, Jesa. 56. 10.

נָבַט Intuitus est: Præterit וְנִבַּט Et intuebitur, Jes. 5. vers. 30, quod aliis ex Pihel, aliis ex Niphal est. Hiphil הִבִּיט idem: Præterit. מִשָּׁמַיִם הִבִּיט E cælis intuetur, Psal. 33. 13.

מַבָּט m. Exspectatio, quasi Aspectum vel Respectum dicas: Aff. מַבָּטָם Exspectatione sua, Jes. 20. 5: מַבָּטֵנוּ Exspectatio nostra, ibid. 6. Et cum Sægol ab initio, מָבָּטָה Expectatio sua, Zach. 9. 5.

נָבַל Cecidit, Concidit, Decidit, & de emarcidis ac flaccidis propriè dicitur: unde & Emarcescere, Flaccescere. Item Stultescere, Stultè agere. Pret. נָבַל צִיץ Decidit flos, Jes. 40. 8: אִם־נָבַלְתָּ Si cecidisti, Pro-

30.32, juxta R. Levi: at Ab. Esra, Si stulte egisti, deducta significatione ex Nomine נָבָל. Pihel נִבֵּל Vilipendit, Turpitudine affecit: Præter. וְנִבַּלְתִּיךָ Et turpitudine afficiam te, Nah. 3.6. Part. מְנַבֵּל Turpitudine afficit, Mich. 7.6. Futur. וַיִּנְבַּל Et vilipendit, Deut. 32.15: תִּנְבַּל Vilipendito, Jer. 14.21. Hiphil Futurum irregulare וַנָּבֶל Et decidimus vel diffluimus, Jes. 64.6, pro וַנִּבַּל, cui simile vide infrà in נָזַל.

נָבָל m. Stultus, Flagitiosus, cui ratio & mens Concidit, ut stulte vel turpiter agat: Plur. הַנְּבָלִים Stulti, 2. Sa. 13.13. Fœm. אַחַת הַנְּבָלוֹת Una stultarum, Job. 2.10.

נְבָלָה f. Stultitia, Flagitium, Fæditas, Gen. 34.7.

נִבְלָה f. idem: נִבְלָתָהּ Fæditatem vel stultitiam ejus, Hos. 2. v. 10.

נְבֵלָה f. Cadaver, quasi Caducum aut Deciduum dictus, & dicitur tam de hominis quàm bestiæ cadavere, Lev. 22.8: Const. נִבְלַת, 1. Reg. 13.29: Aff. נִבְלָתוֹ Cadaver ejus, Deut. 21.23: נִבְלָתִי Cadaver meum, Jes. 26.19.

נֵבֶל m. Uter, Lagena, Jer. 13.12.

נֵבֶל m. idem, Jes. 30.14: item Nablium, instrumentum musicum, Judæi Germani Panduram interpretantur. Vide Ab. Esram, Jesa. 5.12. & Psal. 105.3. Plurale, נְבָלִים Nablia, 1. Par. 15. v. 16. Constructum, וְנִבְלֵי שָׁמַיִם Utres cæli, hoc est, Nubes velut in utres digestæ, Job. 38.37. לְנִבְלֵי Pro utribus, Thren. 4. v. 2: Aff. וְנִבְלֵיהֶם Et utres eorum, Jerem. 48. v. 12.

מַבּוּל m. Diluvium, sic dictum, quòd omnia fœterit Concidere, Genes. 9.11.

בּוּל m. Bul, mensis octavi nomen, qui Octobri nostro respondet, sic dictus, quod tunc terræ nascentia tanquam emarcida Concidant, 1. Reg. 6.38. Kimchi scribit, Jer. 3.3: בְּרוֹב הַזְּמָנִים רוֹב חֹמֶשׁ יוֹרֵד בְּמַרְחֶשְׁוָן לְפִיכָךְ נִקְרָא שְׁמוֹ

מַבּוּל

בול מענין מבול, Ut plurimùm multa pluvia decidit in Octobri, idcirco vocatur Mensis Bul ex significatione Mabbul. *Aliam significationem vide in* יבל.

נבע Scaturivit, Eructavit, *ac de fontibus propriè dicitur, aquam eructantib. Participium* נֹבֵעַ *Torrens eructans, Pro.18.4. Hiphil Futur.* אַבִּיעָה *Eructabo, hoc est, more scaturiginis proferam vel effundam, Pro.1.23, & sic ferè semper hîc sumitur.*

מבוע *m.* Scatebra, Scaturigo, *Eccles.12.6: plur. Constr.* מַבּוּעֵי מָיִם *Scaturigines aquarum, Jes.49.10.*

נברשא *f.* Chald. *Lychnuchus, Lucerna, emphaticè* נְבַרְשְׁתָּא Dan.5.5. *Sic pro Hebraeo* בַּנֵּרוֹת *in Targum dicitur,* בְּנִבְרְשָׁתָא *Lucernis, Soph.1.12, Rabbini dicunt* נִבְרֶשֶׁת. *R. Saadias scribit:* נברשתא *dicitur, quasi* נֵר בַּר שַׁתָּא *Lychnuchus filius anni, id est, per totum annum ardens.*

נגב *m.* Auster, Meridies, Tractus meridianus, Plaga australis, *1.Sam.27.10.* נֶגְבָּה *Ad plagam australem. In meridianum tractum, Gen.13.1. R. Bechai scribit:* נגב *vocatur,* שאותו רוח נגוב ויבש quod iste ventus sit siccus & aridus, *propter intensum calorem solis:* נָגַב Aridũ esse, Exarescere, *in Targũ & apud Rab.*

נגד Coram, Contra, Ante, E regione, Ex adverso: לְנֶגֶד *Coram, 2.Reg.1.v.13: Ex adverso, Contra, Pro.21.30.* מִנֶּגֶד *E regione, Gen.21.16: Ex adverso, 2.Sam. 18.13.* נֶגְדָּה *Coram, Psal.116.14: cum Aff.* נֶגְדּוֹ *Ex adverso sui, Jos.6.5: Coram eo, Jes.40.17:* כְּנֶגְדּוֹ *Secundum coram ipsum, quasi juxta correspondentiam ejus, Ipsi tanquam alter-ipse, ac naturali specie ac formâ conveniens, Astans ei, Gen.2.18:* לְנֶגְדּוֹ *Ex adverso ejus, Jos.5.13.* Chald. נֶגֶד Ex adverso, Dan.6.11.

נָגַר Chald. *Traxit se, Manavit, Profluxit:* inde Part. נָגֵד Trahens se, manans, Dan. 7. 10.

הִגִּיד *Hiphil* Nunciavit, Annunciavit, Renunciavit: Indicavit, Exposuit, Narravit, Enarravit, Retulit, *nempe coram: Præter.* הִגִּיד לוֹ *Indicavit ei, Gen. 31. 20. Hophal Præter.* הֻגַּד *Nunciatum est, 1. Sam. 23. v. 13. Infin.* הַגֵּד *Nunciando, Jos. 9. v. 24. Futur.* וְיֻגַּד *Et nunciatum est, Gen. 22. 20.*

נָגִיד *m.* Antecessor, Antistes, Dux, Præsul, Princeps, *2. Sam. 7. 8: Constructum,* נְגִיד עַמִּי *Ducem populi mei, 2. Reg. 20. 5: Plurale,* נְגִידִים אַדִּבֵּר *Antecessorum seu principum, sc. verba, eloquar, hoc est, Præstantia, principibus digna, quasi principalia dicas, Pro. 8. 6, cui similem locutionem vide Pro. 22. 20.*

נָגַהּ Splenduit, *Jes. 9. 2. Fut.* יָגַהּ *Splendebit, Job. 18. 5. Hiphil Futurum,* יַגִּיהַּ אוֹרוֹ *Splendescere faciet, Splendidam edet lucem suam, Jes. 13. 10.*

נֹגַהּ *f.* Splendor, *Jes. 50. 10: Aff.* נָגְהָם *Splendorem suum, Joel. 2. 10: Plur.* נְגֹהוֹת *Splendores, Jes. 59. 9.* Chal. דְּנָגְהָא Cum luce, Dan. 6. 20.

נָגַח Ferit, Petiit, Impetiit cornibus: *Fut.* וְכִי־יִגַּח *Et si cornu-ferierit, Exod. 21. 28. Pihel Partic.* מְנַגֵּחַ *Cornu-petens, Dan. 8. 4. Futur.* יְנַגַּח *Cornu feriet, Deut. 33. 17:* תְּנַגַּח *Feries, 1. Reg. 22. 11. Hithpahel Futur.* יִתְנַגַּח *Confliget, Dan. 11. 40.*

נָגָח *m.* Petulcus, Cornupeta, שׁוֹר נָגָח *Bos petulcus, Exod 21. v. 29.*

נָגַן Pulsavit, *sc. instrumentum musicum. Nomen participiale Plurale,* נְגִנִים Pulsatores, Fidicines, *Psal. 68. 26. Pihel Præter.* מְנַגֵּן *Pulsans, 1. Sam. 16. 16. Infinit.* נַגֵּן *Pulsare, 1. Sam. 16. 18.*

נְגִינָה *f.* Pulsatio fidium, Pulsatio musica, Modulatio:

latio: *Conſtructum, pro abſoluto,* עַל־נְגִינֹת *Super pulſationem, vel, In pulſatione-fidium, Pſalm.61. verſ.1: Aff.* נְגִינָתִי *Pulſationis-muſicæ meæ, Pſalm.77. v.7:* נְגִינָתָם *Modulatio eorum, Thren.3.14:* מִנְּגִינָתָם *A pulſatione ſua, Thren.5.14: Plurale,* וּנְגִינוֹת *Et pulſationes, odas lyricas, Pſal.69.13:* בִּנְגִינוֹת *In pulſationibus ſive pulſatilibus inſtrumentis, Pſalm.4. v.1: Aff.* בִּנְגִינוֹתָי *In pulſationibus meis, hoc eſt, In fidibus ſive pulſatilibus inſtrumentis, Hab.3. v.19.*

מַנְגִּינָה *f. idem:* אֲנִי מנגינתם *Ego ſum modulatio ipſorum, Thren.3.v.63.*

נָגַע Tetigit, Attigit, Pertigit: Læſit, Percuſsit, Plagis affecit: *Conſtruitur cum Accuſativo, item Præpoſ.* אֶל, עַל *& cum* ב. *Præter.* נָגַע בְּכַף יֶרֶךְ *Tetigit acetabulum femoris, Gen.32. 32:* נָגַע עַל־לִבָּךְ *Pertingit in cor tuum, Jer.4.18. Niphal Futur.* וְיִנָּגְעוּ *Et finxerunt-ſe percuſſos ſeu plagâ-affectos, Joſ.8.15. Pihel Fut.* וַיְנַגַּע *Et percuſsit vel Plagâ affecit, 2.Reg.15.5. Pyhal Futur.* יְנֻגָּעוּ *Plagis afficientur, Pſal.73.5. Hiphil* הִגִּיעַ Pertingere fecit, Admovit, Conjunxit: Deturbavit, Dejecit: *& intranſitivè,* Pervenit, Obvenit, Obtigit, Pertigit. *Præt.* הִגִּיעַ *Pervenire fecit, ſeu Deturbavit, Jeſ.25.12. Partic.* מַגִּיעַ *Pertingebat, Gen.28.12: Plur: conſtructum,* מַגִּיעֵי *Conjungentibus, Jeſ.5.8. Infi.* וּבְהַגִּיעַ *Et cum perveniſſet, Eſth.2.12. Futur.* יַגִּיעַ *Pertinget, Jeſ. 8.8:* וַיַּגַּע *Et admovit, Jeſ.6.7.*

נֶגַע *m.* Plaga, *Exo.11.1: Aff.* נִגְעוֹ *Plaga ejus, Levit.13.44: Plur.* נְגָעִים *Plagæ, Geneſ.12.17: Conſtr.* וּנְגָעֵי *Et plagis hominum, 2.Sam.7.14.*

נָגַף Cæcidit, Percuſsit, Verberavit, Plagâ-affecit: *Item,* Offendit, Impegit. *Præterit.* וְנָגַף *Et plagis afficiet Dominus Aegyptum* נָגוֹף *percutiendo &* ſa-

nando, Jes.19.22. Futur. וְרַגְלְךָ לֹא תִגֹּף *Et pedem tuum non offendes*, Pro.3.23. Niphal Præt. נִגַּף *Cæsus, Plagâ affectus fit*, 2.Sam.10.15. Hithpahel Futur. יִתְנַגְּפוּ *Lædant se vel Lædantur, Offendantur*, Jer.13.16.

נֶגַף m. Plaga, Jos.22.17.

מַגֵּפָה f. idem, 2.Sam.17. vers.9: Construct. מַגֵּפַת הַסּוּס *Plaga equorum*, Zach.14.v.15: Aff. מַגֵּפָתִי *Plagas meas*, Exod.9.v.14.

נגר Niphal נִגַּר Defluxit, Diffluxit, Diffudit vel Effudit se, Perfusus fuit: Præter. נִגְּרָה יָדִי *Perfusa manus mea*, Psal.77.3. Part. plurale, נִגָּרִים *Defluentes*, 2.Sam.14.14: Fœm. נִגָּרוֹת *Defluunt*, Job.20.28. Hiphil הִגִּיר Diffluere fecit, Fudit; Præ. וְהִגַּרְתִּי *Et faciam ut diffluant*, Mich.1.v.6. Imper. וְהַגְּרֵם *Fac ut diffluant*, Jer.18.21. Futur. וַיִּגַּר *Et fudit*, Psal.75.9. Hophal Part. כְּמַיִם מֻגָּרִים *Sicut aquæ profusæ*, Mich.1.4.

נַגַּר m. Fluxus, Alveus, *juxta Ab.Esram*, Job.28.4: *juxta alios est Particip. à* נוּר, Accola, Peregrinans, Habitans.

נגש Accessit, Appropinquavit: Secessit. *Infin.* בְּגֶשֶׁת *Cùm accedent*, Num.8.19. *Imp.* גְּשׁ־הָלְאָה *Secede illuc*, Gen.19.9: *& in Pathach,* גַּשׁ *Accede*, 2.Sam.1.15, *& cum* ה *paragogico,* גְּשָׁה־נָּא *Accede quasò*, Genes.27.21: גְּשׁוּ־נָא אֵלַי *Accedite nunc ad me*, Gen.45.4. Fut. יִגַּשׁ *Appropinquato*, Levit.21.23. Niphal Præter. נִגַּשׁ *Accedere jussus Joseph*, Gen.33.7. Particip. הַנִּגָּשִׁים *Qui appropinquant*, Exod.19.22. Hiphil הִגִּישׁ Accedere fecit vel jussit, Attulit, Obtulit, Adduxit, Admovit, Stitit. Præter. וְהִגִּישׁוּ *Et sistet eum*, Exod.21.6, &c. Hophal Præt. הֻגְּשׁוּ *Admoti fuerunt*, 2.Sam.3.34. Et Part. מֻגָּשׁ *Offertur*, Mal.1.11. Hithpahel Imperat. תִּתְנַגְּשׁוּ יָחַד *Appropinquate pariter*, Jes.45.20.

נגש Exegit, *tributum, sc. aut creditum, 2.Reg.23. 35. Item* exigendo vel exactionibus Arctavit, Afflixit, Presit. *Part. vel Nomen,* נוֹגֵשׁ Exactor, *Zach.9.8: Plur.* הַנֹּגְשִׂים *Exactoribus, Exo.5.6.* נֹגְשָׁיו *Exactorum ejus, Exo.3.7. Futur.* יִגֹּשׁ *Exigito, Exactione arctato aut affligito, Deuter.15.2:* תִּגֹּשׁ *Exigendo arctabis, Deut.15.3:* תְּנַגְּשׁוּ *Exigetis, Jes.58.3. Niphal Præt.* נִגַּשׁ *Arctatus, Coarctatus, Pressus, Oppressus fuit, propriè exactionibus, 1.Sam.13.6.*

נד *Vide in* נוד.

נדב Liberaliter, Sponte, Voluntariè ad dandū, conferendū vel offerēdum aliquid moveri, incitari. *Præt.* נְדָבָם אוֹתָם *Quos sponte movit animus ipsorū, Exo.35.29:* נְדָבָה רוּחוֹ *Sponte movit eū spiritus ejus, v.21. Fut.* יִדְּבֶנּוּ לִבּוֹ *Quem sponte moverit cor ejus, Exo.25.2. Hithpahel* Sponte, Spontaneum dare vel offerre, Voluntariè offerri. *Præt.* הִתְנַדַּבְתִּי *Sponte obtuli, 2 Par.29.17, &c.* Chal. Præt. הִתְנַדִּבוּ Sponte offerunt, Esr.7.15: Part. מִתְנַדֵּב Sponte offerens se, Esr.7.13: Plur. מִתְנַדְּבִין Sponte offerentes, v.16.

הִתְנַדָּבוּת f. Spontanea oblatio, Esr.7.16.

נָדִיב *m.* Voluntarius, Spontaneus, Ingenuus, Liberalis, Munificus: Princeps, *à Munificentia & liberalitate dictus, (quò alluditur, Luc. 22.25:) Constructum,* נָדִיב לֵב *Voluntarius animo, 2 Par.29.31: Plurale,* עִם נְדִיבִים *Cum principibus, 1.Sam.2.8: Const.* נְדִיבֵי עַמִּים *Voluntarii populorum, Psalm.47.10. Fœmin.* וְרוּחַ נְדִיבָה *Et spiritus ingenuus sustentet me, vel juxta alios, Spiritu ingenuitatis sustentato me, Psalm.51.14: Aff.* נְדִיבָתִי *Ingenuitatem meam, vel Munificam meam scil. animam, Job.30.v.15: Plurale,* נְדִיבוֹת *Ingenuitates, Res ingenuæ, Munifica, Jes.32.v.8.*

נְדָבָה *f.* Voluntarium, Voluntaria oblatio, Voluntarium sacrificium aut munus: *interdum adverbialiter, & tunc ponitur pro* בְּנְדָבָה: *Construct.* נִדְבַת יָדְךָ *Voluntaria oblatione manus tuæ, Deuter.16.10: Plurale,* הַשְׁמִיעוּ נְדָבוֹת *Indicite sacrificia voluntaria, Amos 4.5: Constructum,* נִדְבוֹת פִּי *Voluntarias oblationes oris mei, Psalm.119.108: Aff.* נִדְבוֹתֵיכֶם *Voluntarias oblationes vestras, Levit.23.38.*

נִדְבָּךְ Chald. Vide in דבך.

נדד Vagatus, Evagatus est, Movit sese, Erravit, Aberravit, Fugit, Profugit: *Præteritum,* נָדַד כֻּלָּנוּ *Evagantur pariter, Jes.22.3: Particip.* נָדֵד *Movens sese alâ, aut transitivè, Moveat, Agitet alam, quomodo posset esse ex Pihel, Jes.10.14: Plur.* נְדָדִים *Errabundi, Hos.9.17. Futurum* יִדֹּד מִמֶּךָּ *Aberret à te, Nah. v.3.7: Et in Pathach,* וַתִּדֹּד *Et profugeret, Genes.31.40.* Chal.Præt.fœm. נְדַת Profugit, Recessit, Dan.6.19. *Puhal juxta quosdam.Præter.* וְנוֹדַד *Et Movetur sive Erratat, vel Fugit, Nah.3.17. Hiphil Futur.* יְנַדְּחוּ *Removent vel Fugant eum, Job.18.18. Hophal Futur.* וְיֻדַּד *Et fugatur, Job.20.v.8. Hithpahel Præterit.* וְהִתְנוֹדְדָה *Et evagabitur, vel Movebit se, Jesa.24.20. Futur.* תִּתְנוֹדֵד *Commoves te, Jer.48.27:* יִתְנוֹדְדוּ *Vagi fugient, Psal.64. v.9, quæ etiam a* נוד *esse possint, cùm penè idem duabus Radices valeant.*

נְדָדִים *m.p.* Motus, jactationes, *Job.7.4.*

נִדָּה *Vide in seq. Radice.*

נדה *Pihel* נִדֶּה Procul amovit, Ejecit, Expulit, Separavit. *Part.* הַמְנַדִּים *Qui elõgant, Longè vel Procul amovent, Amos 6.3: Et cũ Aff.* מְנַדֵּיכֶם *Procul-arcentes, Separantes vos, Jes.66.5:* וַיֵּצֵא *vide in* נָדַח.

נדה

נִדָּה *f.* Separatio, Elongatio: Immundicia, Impuritas mulierum menstrua: Menstruata mulier, *istâ immundiciâ vel laborans, vel ob eam a viro Separata, & ita nunc adjectivè sumitur,* אִשָּׁה נִדָּה *Uxorem ex immunditia laborantem aut separatam, Ezech.18. vers.6:* אֶרֶץ נִדָּה *Terra impura, Esr.9. v.11:* נִדָּה הִיא *Separatio, Res aut Impuritas separanda & exterminanda est, Levit.20.21:* אֶת־הַנִּדָּה *Separationem, Rem sive Immundiciam remotione dignam, 2.Par.29. v.5:* לְנִדָּה *In menstruatam, In separatam, hoc est, ut sit tanquam separata propter immundiciam menstruam, Thren.1.17:* בְּטֻמְאַת הַנִּדָּה *Tanquam impuritas menstruo laborantis, aut ex immundicia separata, Ezech.36.17. Constr.* נִדַּת דְּוֹתָהּ *Separationis languoris ejus, Levit.12.2:* בְּנִדַּת טֻמְאָתָהּ *In separatione immunditiei suæ, Levit.18.19: Aff.* נִדָּתָהּ *Separatio ejus, hoc est, Immundicia menstrua ejus, Levit.15.28:* בְּנִדָּתָהּ *In separatione sua, Lev.15.19.*

נֶדֶה *m.* Pretium, Merces meretricia, *Ezech.16. v.33.*

נְדָנִים *m.p.* Pretia: *Aff.* נְדָנַיִךְ *Pretia tua, ibid.*

מִנְדָּה *Vide in* מדד.

נָדַח Impulit, Depulit, Dispulit, Expulit, Vibravit: *Infin.* לִדְחַ *Ad vibrandum, Deut.20. v.19. Futur.* יִדַּח *Depellat, 2.Sam.14. vers.14. Niphal Prater.* וְנִדַּחְתָּ *Et impellaru, Deut.4.19. Partic.* נִדָּח *Depulsus, 2.Sam.14. v.14: Fœmin.* וְהַנִּדָּחָה *Et depulsam, Mich.4.6. Puhal Particip.* מְנֻדָּח *Impulsus, Jes 8.22. Hiphil Prat.* וְהִדִּיחַ *Et impellat, 2.Sam.15.14:* הִדַּחְתִּי *Dispuli, Jer.23.3. Futurum* וַיֵּדַא *Et expulit, 2.Reg.17. v.21, quod scribitur quasi à* נדה, *commutato* ה *in* א, *sed juxta Masorethas legendum* וַיִּדַּח. *Hophal Part.* מֻדָּח *Expulsus, Jes.13.14.*

נִדְחֵי *Vide in* דָּחָה *in Niphal.*

מַדּוּחִים *m.p.* Depulsiones, Expulsiones, *Thren.2.14.*

נדן נָדָן m. Vagina: *Aff.* אֶל־נִדְנָהּ *In vaginam ejus, 1. Par. 21. 27.* נְדָנִים *Vide paulò antè.*

נדנא Chald. idem; metaphoricè Corpus, quòd id spiritui sit, sicut vagina gladio, scribit Ab. Esra, Dan. 7. 15.

נדף נָדַף Dispulit, Impulit, Depulit: *Futur. & Infinit.* כְּהִנָּדֵף עָשָׁן תִּנְדֹּף *Sicut dispellitur fumus, sic dispellis eos. Psal. 68. 3:* Et *defectivè,* יִדְּפֶנּוּ *Impellet eum, Job. 32. 13:* תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ *Dispellit eam ventus, Psalm. 1. vers. 4. Niphal Præterit.* נִדָּף *Depelletur, Jesa. 19. 7. Particip.* קוֹל עֲלֵה נִדָּף *Strepitus folii impulsi vel agitati. Infinit. sunt antè in Kal.*

נדר נָדַר Vovit: *Præter.* נָדַר נֶדֶר *Votum vovit, 2. Sam. 15. v. 8:* נָדַרְתָּ לִּי *Vovisti mihi illic votum, Gen. 31. 13: Imper.* נִדְרוּ וְשַׁלְּמוּ לַיהוָה *Vovete & vota reddite Domino, Psal. 76. v. 12.*

נדר נֶדֶר m. Votum, *Num. 30. 14: Aff.* נִדְרִי *Votum meum, 2. Sam. 15. 7: Plur.* נְדָרִים *Vota, Jon. 1. 16: Aff.* נְדָרַי שִׁלַּמְתִּי *Vota mea reddidi, Proverb. 7. 14:* נִדְרֵיהֶם *Vota eorum, Levit. 22. 18.*

נהג נָהַג Duxit, (*Rexit, Gubernavit*) Abduxit, Abegit; Abduxit, Deduxit, Induxit: *Præterit.* אֹתִי נָהַג *Me ducit, Thren. 3. 2:* נָהֲגוּ *Abduxerunt, 1. Sam. 30. 20. Part.* נֹהֵג *Ducens, Ductor, Dux, Psal. 80. 2: Plur.* נֹהֲגִים *Ducentes erant, Ducebant, 1 Sam. 6. v. 3. Pihel Præter.* נִהַגְתָּ עַמְּךָ *Duxisti populum tuum, Jesa. 63. v. 14. &c.*

נהג מִנְהָג m. Ductus: וּמִנְהָג כְּמִנְהַג יֵהוּא *Et ductus sicut ductus Jehu est, 2. Regum 9. ver. 20, ubi & constructum.* Apud Rabbinos etiam est Ritus, Consuetudo.

נהה נָהָה Lamentatus est, Lamentum edidit: *Præt.* וְנָהֲרָה נָהִי *Et lamentabitur lamentum Mich. 2. vers. 4.*

vers.4. Imper. נְהַרִי *Ede lamentum, Ezech.32. vers.18. Niphal Futur.* וַיִּסָּהוּ *Et lamentati sunt, 1.Sam.7.2.*

נְהִי *m.* Lamentum, *Mich.2.4.*

נְהִיָּה Lamentabile vel Lamentum, *ibid.*

נַהַם *m. idem, Ezech.7.v.11: est q. forma* שַׁדַּד *à* שׁד *Nam assumit pronunciationis causâ Mappik.*

נִי *m. idem, Ezech.27.32, & est sicut* רִי *à* רָוָה *: Aff.* נִיהֶם *In lamento suo Ezech.27.32.*

נָהַל *Pihel*, Duxit, Deduxit, *commodè & leniter: Præter.* נִהַלְתָּ *Commodè ducis, Exod.15.13 Partic.* אֵין מְנַהֵל לָהּ *Non erat ductor ei, Jesa.51.18. Futurum* יְנַהֵל *Leniter ducet, Jes.40.11:* וַיְנַהֲלֵם *Et duxit eos, Gen. 47.v.17. Hithpahel Futurum* אֶתְנַהֲלָה *Ducem præbebo me vel Leniter incedam, Gen.33.14.*

נַהֲלוֹלִים *Vide in* חָלַל.

נַהֲלָאָה *Vide in* הלא.

נָהַם Rugiit, Fremuit, Gemuit, *leonum propriè. Præt.* וְנָהַמְתָּ *Gemas q. in novissimo tuo, Prov.5. v.11:* וּנְהַמְתָּם *Et gemetis, Ezech.24.23. Particip.* אַרְיֵה נֹהֵם *Leo rugiens, Prov.28.v.15. Futurum* וְיִנְהַם *Et fremet Jes.5.29.*

נַהַם *m.* Rugitus, *Prov.20.2. Fœm.* נַהֲמָה Fremitus: *Constructum*, נַהֲמֹת יָם *Secundum fremitum maris, Jes.5.30.*

נָהַק Rudit: *asinorum propriè. Futur.* הֲיִנְהַק פֶּרֶא *An rudit onager, Job.6.5:* יִנְהָקוּ *Rudebant, Job. 30. vers.7.*

נָהַר Confluxit; *sed metaphoricè de hominum concursu semper usurpatur: Præter.* וְלֹא יִנְהָרוּ *Et non confluent, Jer.51.44.*

נָהָר *m.* Fluvius, Flumen, *Num.24.vers.6:* מֵעֵבֶר לַנָּהָר *Trans flumen, 1.Reg.14.15: constructum,* נְהַר פְּרָת *Flu-*

men Euphratis, Gen.15.18: plur. נְהָרִים Flumina, Jes.18.2: Duale. נַהֲרַיִם Duo fluvii, Gen.24.10: Constructum, נַהֲרֵי Job.20.17. Fœm. נְהָרוֹת Flumina, Jes.19.6: Constr. נַהֲרוֹת בָּבֶל Flumina Babel, 2.Reg.5 v.12. Chald. נְהַר emph. נְהַרָא vel נְהָרָה Flumen, Esr.4. v.10: Constructum נְהַר דִּינוּר Fluvius ignis Dan.7.10.

נְהָרָה f. Splendor, *Job.3.4, ex Chaldaica significatione ut sequitur.*

נְהוֹרָא Chald. f. Lux, Dan.2.22.

נַהֲרוּ f. idem, Dan.11, pro נְהִירוּת per Apocopam: נְהַר Lucere, Splendere, *apud Chaldæos. Ex ea significatione etiam quidam Hebraicè Verbum exponunt, Psalm. 34.6. Jes 60.5.*

מַבְהֲרוֹת f. Specus, *per antiphrasin, quasi minimè Lucida, vel quòd homines in eas confluerent. Jud.6.2.*

נוא *Hiphil* הֵנִיא Rupit, Irritum fecit, Fregit, Infregit vel Infringere fecit, *Num.30.v.6. Futur.* יָנִיא *Infregerit, vel Fecit ut infringeret, Num.30.9. & per Apocopam,* יָנִי *Irritum fecerit Psal.141 5:* וַיָּנִיאוּ *Et ruperunt, Num.32.9.*

תְּנוּאָה f. Abruptio, Ruptura, Fractura: *cum Aff.* תְּנוּאָתִי *Abruptionem meam, Num 14.v.34: plur.* תְּנוּאוֹת *Abruptiones, Job.33.10, quibus sc. conatur irritum reddere & infringere institutum meum, quasi Irritationes dicu, ab* Irritus vel irritum reddere. *R. Levi, Occasiones, quasi* תּוֹאֲנוֹת, *per literarum transpositionem.*

נוב Provenire, Progerminare, Fructum proferre, sive producere, & *includit abundantiam: metaphoricè* Eloqui: *Futur.* יָנוּב *Abundet vel Abundè proveniat, Psal.62.11:* יָנוּב חָכְמָה, *Eloquetur sapientiam, Pro.10.31:* יִנּוּבוּן *Abundabunt vel Abundè aut Abundantiam proferent, Psalm.92.15. Pihel Futur.* יְנוֹבֵב בַּחֲלוֹת

Elo-

Eloquentes, Facúndas faciet *virgines*, *Zach.9. v.17.*

נִיב *m.* Proventus, Fructus: נִיב שְׂפָתַיִם *Proventum labiorum, Jes.57.19:* Aff. וְנִיבוֹ *Et proventus ejus, Mal.1.12.*

תְּנוּבָה *f. idem, Jes.27.6:* Constructum, וְתְנוּבַת הַשָּׂדֶה *Et proventum agrorum, Ezech.36.30:* Aff. וְאֶת־תְּנוּבָתִי *Et cum proventu vel reditu meo, Jud.9. v.11:* Flur. וַיֹּאכַל תְּנוּבֹת *Et comedit proventus, Deut.32.13.*

נוּד Vagari, Errare, Moveri, Agitari, Migrare, Emigrare: *item* Condolere, *& tum regit Dativum. Præter.* נָדוּ *Emigrabunt, Jer.50.3. Infinit.* לָנוּד לוֹ *Ad condolendum, Ut condoleat aliquis ei, Psalm.69.v.21. &c.* Chald. Futur. תִּנַּד Vagetur, Dan.4.11. *Puhal* נוּדַד *Vide in* נָדַד. *Hiphil* הֵנִיד Errare fecit, Movit, Commovit. *Infinit.* לְהָנִיד *Facere ut erret, 2.Reg 21.8. Futurum,* וְיָנִיד *Et agitabit, Movebit, Jer. 18.v.16:* אַל־תָּנִדְנִי *Ne commoveat me, Psal.36.12. Hophal Particip.* כְּקוֹץ מְנֻד *Sicut spina amota, 2.Sam.23.vers.6. Hithpahel Participium* מִתְנוֹדֵד *Condolentem sibi, Jer.31. v.18: aliâ hujus formæ vide in* נָדַד.

נוֹד Nod, *nomen regionis in quam expulsus fuit Cain, quasi terra Vagationis & exilii dicta, Gen.4.v.16. Hinc quidam deducunt* נוֹדִי Vagationem meam, *Psal.38. v.9, quod ad Infinitivum Conjugationis Kal referri potest.*

נִיד *m.* Motus, Commotio, *Job.16.5. Fœm.* לְנִידָה *In agitationem Thren.1.8, ut Ab. Esra & R. Levi interpretantur. Quidam, In* separatam ex immunditia, *quasi idem quod* לְנִדָּה, *quod est v.17. ibid.*

נֵד *m.* Acervus, Cumulus, *sic dictus quòd Motu & Agitatione comportetur, Exod.15.8:* כְּמוֹ נֵד *Quasi cumulum, Psal.33.7.*

נָד *m.* Vagus, *Gen.4.12.*

מְנוֹד *m.* Agitatio, Commotio: *Const.* מְנוֹד רֹאשׁ *Agitationem capitis, Psal.44.15.*

נָוָה Inhabitavit. In habitaculo mansit: *Futurum,* וְלֹא יָנוּחַ *Neg, in habitaculo permanet, Quietus* resident, *Hab.2.ver.5. Hiphil Futurum,* וְאַנְוֵהוּ *Et habi*tare faciam eum, *Habitaculum constituam ei, Exod.15.2.* Chaldæus; Exstruam ei sanctuarium: *R. Salomon:* Enarrabo pulchritudinem & laudem ejus, *à* נִוֵּי *Pulchritudo,* נָוֶה *Pulcher, ut suprà in* נָאָה.

נָוָה *f.* Habitatio; Habitatrix: *Constructum,* נְוֵה צִדְקֶךָ *Habitationem justitiæ tuæ, Job.8.6:* וְנָוַת בַּיִת *Et habitatrix domus Psal.68.13: Vide & supra in* נאה.

נָוֶה *m.* Habitaculum, *Jes 27.v.10:* Caula, Pascuum, *quia ibi caulæ fieri solent: vide & suprà in* נאה. *Constr.* נְוֵה *Exod.15.13: Affs.* אֶל־נָוֵהוּ *Ad caulam suam, Jer.50.19: Plur.* נְוֵיהֶם *Habitacula illorum, Jer.49.20: Et fœminin.* נוֹת *Caula Soph.2.ver.6. & ו in* א *commutato,* נְאוֹת *idem, Psal.65.13:* בִּנְאוֹת דֶּשֶׁא *In caulis herbæ, id est, herbidis, Psal.23.2. Econtrariò suprà in* נאה *convertitur* א *in* ו. *Vide paulò antè in* נהה.

נוּחַ Quievit, Requievit, Quietè se continuit, Resedit: *Præter.* וְלֹא נָחָתִי *Et non quievi, Job.3.* 26, *&c. Hiphil* הֵנִיחַ *Quiescere, Requiescere fecit, Re*quiem, *Quietem attulit, dedit vel largitus est. Construitur cum Dativo & Accusativo. Præterit.* הֵנִיחַ לָכֶם *Quietem dederit vobis, Deut.12.vers.10.* וַהֲנִיחוֹתִי לְךָ *Ut quietem darem tibi, Exod.33.v.14. &c. Hophal Præter.* הוּנַח *Quies data fuit, Thren.5.5.*

נוֹחַ נוּחַ *m.* Requies: *Affs:* לְנוּחֶךָ *In requiem tuam, 2.Par.6.41. Forma cum Cholem ad Infinitivum Kal referri potest.*

נָחָה *f.* Quies, *Eccles.6.5. quod hinc significationem, sed formam habet à* נָחַ *vide illic.*

נִיחוֹחַ *m.* Quies, Gratum, Res grata, *ut quies solet esse*

esse defessis. Tertia Radicis geminata est. Semper autem additum est nomini רֵיחַ Odor, unde רֵיחַ נִיחוֹחַ Odor quietis, id est, gratus, qui Deum ab ira sua Quiescere facit, Ab. Esra, Gen.8.21: Aff. רֵיחַ נִיחֹחִי Odorem gratum meum, Num.28.2: plur. רֵיחַ נִיחוֹחֵיהֶם Odores gratos suos, Ezech.20.28. Chald. נִיחוֹחִין Res odoris grati, Esr.6.10. Dan.2.46.

הֲנָחָה f. Quies, Immunitas, Esth.2.18.

מָנוֹחַ מְנוֹחַ m. Quies, Requies, Quietis-locus, Gen.8. vers.9: Construct. מְנוֹחַ הָאָרוֹן A quiete arcæ, id est, ex quo quievit arca, 2.Par.6.v.31. Plurale, לִמְנוּחֹתֶיכִי Ad requies tuas, Psal.116,7, cum Affixo formæ Chaldaicæ.

מְנָחָה, מְנֻחָה, f. idem, Gen.49.15: Aff. מְנֻחָתוֹ Requies ejus, Jes.11.10: plurale, עַל־מֵי מְנוּחוֹת Ad aquas quietum, Psalm.23.2: וּבְמִנְחוֹת שַׁאֲנַנּוֹת Et in requiebus tranquillis, Jes.32.17, id est, locis ad quietem tranquillis.

נוּט Nutavit: unde Futurum תָּנוּט הָאָרֶץ Nutet terra, Psal.99.1.

נוּל Inquinare, apud Rabbinos: inde Chald. נְוָלוּ Sterquiliniũ, Esr.6.11: & נְוָלִי Dan.2.5, utrumque per Apocopam literæ ת.

נוּם Dormitavit: Præter. נָמוּ Dormitaverunt somnum suum, Psal.76.ver.6: Infinit. אֹהֲבֵי לָנוּם Amantes dormitare, Jes.56.10. Futurum לֹא יָנוּם Non dormitabit, Psal.121.3.

נוּמָה f. Dormitatio. Pro.23.21.

תְּנוּמָה f. idem Psal.132.4: plur. תְּנוּמוֹת Dormitationes, Prov.6.10.

מָנוֹן, נוֹן Vide infrà in נין.

נוּס Fugit, Aufugit, Confugit, Effugit: Præter. וְלֹא נָס Neq; fugerat, Deuter.34.7. &c. Hiphil הֵנִיס Fugere, Confugere fecit, Fugavit: Præter:

הֵנִיס אֶת־עֲבָדָיו *Fecit confugere servos suos, Exod.9.20. Infin.* לְהָנִיס *Ut fugere faceret, Jud.6.v.11. Futur.* יָנִיסוּ *Fugarent, Deut.32.30. Quæ ex Hithpahel esse possint, vide infra in* נָסַס.

מָנוֹס מָנוֹס *m.* Fuga, Effugium, Perfugium: וְאָבַד מָנוֹס *Peribit effugium, Jer.25. ver.35: Aff.* וּמָנוֹסִי *Et perfugium meum, 2.Sam.22.3. Fœm.* מְנוֹסָה *Fuga, Jes.52.12: Constr.* מְנוֹסַת חָרֶב *Fuga gladii, Levit,26.36.*

נוּעַ Movit se se, Motus, Commotus, Agitatus fuit, Vacillavit, Vagatus, Evagatus est, Abscessit, Recessit. *Præter.* נָעוּ *Vacillant, Jesa.29.v.9. Partic.* נָע וָנָד *Vagus & jactatus, profugus, extorris, Gen. 4.v.12. Niphal Futur.* יִנּוֹעַ *Agitatur, Amos 9.9:* יִנָּעוּ *Moventur, Nah.3.12. Hiphil* הֵנִיעַ *Movit, Commovit, Agitavit, Exagitavit. Præter.* וְהֵנִיעוֹתִי *Et agitabo, Amos 9.9. Imp.* הָנִיעֵמוֹ *Exagita eos, Psal.59.12.*

מְנַעְנְעִים *m.p.* Sistra, *2.Sam.6.5, sic dicta quòd stridulo sono ad Motum & saltationem homines commoveant, scribit Kimchi in lib.Rad. & Comment.*

נוּף Stillavit, Perstillavit; *juxta Kimchium in lib. Rad.* Suffivit, Suffumigavit, *à liquidis ad arida traducta locutione. Præter.* נָפְתִּי מִשְׁכָּבִי *Perstillavi cubile meum myrrhâ, &c. Pro.7.17. Pihel* נוֹפֵף Agitavit: *Futur.* יְנוֹפֵף יָדוֹ *Agitabit manum suam, Jes 10.32. Hiphil* הֵנִיף Agitavit, Ventilavit, *ut R.Salomon exponit, Jesa.29.27. Sæpè autem dicitur de speciali sacrificiorum quorundam oblatione, quæ fiebat agitatione versus orientem & occidentem, meridiem & septentrionem, ad ostendendum in quatuor mundi partibus debere sacrificia ad laudem nominis divini offerri, ut Veteres Hebræorum Sapientes tradiderunt, Cod.Talmud.Menachoth, cap.5. fol.61.62. & Cod. Succa, cap.3. fol.37. Inde Synecdochicè*

chicè pro Offerre' ſumitur: Præt. הֵנִיף תְּנוּפַת זָהָב Obtulit quiſq; oblationem auri Domino, Exod. 35.22: הֵנִיף Agitavit Aharon, agitando & ventilando obtulit, Lev. 9. v. 21. וְהֵנַפְתָּ אוֹתָם Et agitabis ea agitatione coram Domino, Exo. 29. 24. Et juxta ſignificationem Kal; Futur. הָנִיף גֶּשֶׁם נְדָבוֹת Pluviam liberaliſſimam ſtillabas, Pſalm. 68. v. 10. Hophal Præterit. אֲשֶׁר הוּנַף Quod agitatum eſt, Exod. 29. 27.

נוֹף m. Tractus, Pſal. 48. 3. Eſt & proprium nomen urbis Noph: quæ Memphis eſſe creditur, Jeſ. 19. 13, & aliàs etiam Moph appellatur, Hoſ. 9. 6.

נֹפֶת f. Deſtillatio, Pſal. 19. 11: ſynecdochicè Favus, à Stillando, Prov. 5. 3. & 24. 13. Cant. 4. 11.

נְפָה f. Agitatio: Cribrum, juxta Hebræos veteres, ab Agitatione ſic dictum: Conſtructum, בְּנִפַּת שָׁוְא Agitatione vanitatis, Jeſ. 30. verſ. 28: id eſt, donec in vanum & nihilum abeant. item Tractus, 1. Reg. 4. ver. 11: לְנֶפֶת Cum tractu, Joſ. 12. 23: Plurale, וּבִנְפוֹת Et in tractibus, Joſ. 11. 2.

נֶפֶת f. Tractus, Joſ. 17. 11.

תְּנוּפָה f. Agitatio, Jeſ. 30. 32, & ſpecialiter in ſacrificiis ceremoniæ genus, ut antè in Hiphil dictum: Conſtr. מִפְנֵי תְּנוּפַת Propter agitationem, Jeſ. 19. 16.

נוץ Hiphil הֵנִיץ Germinavit, Effloruit: Præterit. הִנֵּצוּ Germinarint, Cant. 6. 10: Futur. cum Epentheſi Aleph, וַיֶּאֱנַץ Et effloreſceret, Eccleſ. 12. 5.

נֵצָה f. Flos, Jeſ. 18. 5: Aff. נִצָּהּ Florem ejus, Job. 15. 33: Contractè נְצָה Flos ejus, Gen. 40. 10, pro נִצָּתָהּ: cui ſimile vide in פנן.

נְצָנִים m. p. Flores, Florentia, Cant. 2. 12, quæ formam dageſſatam habent, quaſi à נצץ.

נִיצוֹץ, נְצָצִים Vide in נצץ.

נוֹר נֵר נִיר *m.* Lucerna, Lumen, *1.Reg.11.36: aliam significationem vide infrà in Radice* נִיר. *Cum Tzere* נֵרִשָׁעִים *Lucerna improborum, Prov.24.20: Aff.* נֵרוֹ *Lucerna ejus, Prover.20.20:* נֵרִי *Lucerna mea, 2.Sam.22.29. Plur.* נֵרוֹת *Lucernæ: Aff.* נֵרוֹתֶיהָ *Lucernas ejus, Exod.39.37.*

נוּר Chald. *Ignis*, Dan.7.9: emph. נוּרָא Dan.3.

מְנוֹרָה *f.* Lychnuchus, Candelabrum, *Exo.25.v.32. Construct.* מְנֹרַת זָהָב *Candelabrum auri, Numer.4.v.9: Plur.* מְנֹרוֹת *Lychnuchi, 2.Par 4.7.*

נָזַד *Hiphil* הֵזִיד Coxit. *Futur.* וַיָּזֶד יַעֲקֹב נָזִיד *Et coxit Jacob coctionem, id est, pulmentum vel jusculum, Gen.25.29. pro* וַיָּזֶד.

נָזִיד *m.* Coctio, Decoctum, Jusculum, Pulmentum; Puls, *2.Reg.4.38.39: Constr.* וְנָזִיד עֲדָשִׁים *Et jusculum lentibus, Gen.25.34.*

נָזָה Sparsus, Aspersus, Insperſus fuit: *vel activè*, Aspersit: *Futur.* וַאֲשֶׁר יִזֶּה *Et qui aspserserit, Lev. 6.27: per Apocopā,* וַיִּז *Et aspersa est, 2.Reg.9.33:* וַיִּזֶּה נִצְחָם *Et inspersum est robur eorum, id est, sanguis roboris, vel robustorū ipsorum, Jes.63.3. Hiphil* הִזָּה Sparsit, Aspersit, Insperſit, Perſperſit: *Prat.* וְהִזָּה מִן הַדָּם *Et aspergret de sanguine illo, Levit 4.6.*

נָזַל Fluxit, Diffluxit, Effluxit, Perfluxit, Stillavit: *Prat. Montes* נָזְלוּ *diffluxerunt; Jud.5.5; & irregulariter* נָזְלוּ *Diffluunt, Jes.64.2, &c. Hiphil Prat.* הֵזִיל *Fluere fecit, Profudit, Jes.48.21.*

נוֹזְלִים *m p.* Fluentes, *participialiter, Jer.18.14, & substantive*, Fluenta, *Psalm.78.16: Aff.* וְנוֹזְלֵיהֶם *Et fluenta eorum, v.44.*

מַזָּלוֹת *f.* Planetæ; *quia Influxum suarum virium & qualitatum præstant inferioribus rebus:* וְלַמַּזָּלוֹת *Et planetis,*

netis, 2. Reg. 23. 5. Sunt qui ab אָזַל, Eundo & Errando, Planetas sic dictos volunt, literâ Aleph elisâ. Rabbini & duodecim signa cœlestia sic appellant, & singulariter מַזָּל Sydus, Constellatio. Et מזל טוב Fortuna bona, quia ex astris eam vulgo metiuntur.

נֶזֶם m. Monile, Inauris, ornamentum frontis & aurium, Gen. 24. 22: Aff. נִזְמָהּ Inaure sua, Hos. 2. v. 13: Plural. וְאֶת־הַנְּזָמִים Et inaures, quæ erant in auribus ipsorum, Gen. 35. v. 4: Constr. וְנִזְמֵי הָאַף Et monilia faciei, Jes. 3. 21, frontis scil. quæ baccatæ esse solent in mulieribus.

נזק Chald. Nocuit, Læsit, Damno affecit: Partic. præsens. נָזֵק Damno affectus, Dan. 2. 6. Part. Hiphil fœm. וּמַחֲנִזְקָתָא Et damnum afferens, Esr. 4. v. 15. Infinit. לְהַנְזָקָה Ad nocendum, vel In damnum, quasi Nomen constructum ex Infinito factum, ut sæpè, v. 22. Futur. תְּהַנְזֵק Damnum attuleris, v. 13; Partic. Benoni, נָזֵק Damno affectus, Dan. 6. 2.

נֶזֶק m. Damnum, Esth. 7. 4.

נזר Separavit, Abstraxit, Avertit se: Abstinuit, Continuit se à re aliqua, ex religione, sanctimonia aut certo toto. Hinc juxta quosdam, Præter. נָזְרוּ Avertunt se, Jes. 1. 4, Ezech. 14. v. 5, pro נָזֹרוּ quod potius est Præter. Niphal à זור vide illic. Niphal Infinit. נָזֹר Separando me, Zach. 7. 3. Futurum וְיִנָּזֵר Et avertit se, Ezech. 14. 7: וְיִנָּזְרוּ Ut separent se, Levit. 22. 2. Hiphil Præt. וְהִזִּיר Et separaverit, Num. 6. 12: וְהִזַּרְתֶּם Et separabitis, Levit. 15. v. 31. Infinit. לְהַזִּיר Ad separandum se, Separatum vel Naziræum se futurum, Num. 6. 2. Futur. יַזִּיר Separet se, Abstineto, Num. 6. 3.

נָזִיר m. Naziræus, Separatus, qui ex pio voto à certis

rebus abstinet, & Deo consecratus est, Num. 6. v. 13. Et generaliter, נְזִיר אֶחָיו Separati fratrum suorum, Gen. 49. 26: נְזִירֶךָ Separatæ tuæ, sc. vineæ, à qua separasti te intermittens cultum ejus, Lev. 25. 5. vel, Separationis aut Abstinentiæ tuæ, à qua abstinuisti. Sic mox in plurali. Plur. אֶת־הַנְּזִירִים Naziræos, Amos 2. 12: לַנְּזִירִים In Naziræos Amos 2. ver. 11: נְזִרֶיהָ Separatas ejus scil. vineas, à quarum cultu abstinueras, Levit. 25. vers. 11: נְזִירֶיהָ Naziræi illius, Thren. 4. 7.

נֵזֶר m. Naziræatus, Num. 6. vers. 7: Coma, propriè ea, à qua radenda quis Abstinuit: Aff. נִזְרֶךָ Comam tuam, Jer. 7. 29: item Corona, Coronamentum, Exod. 29. 7: נִזְרוֹ Coronamentum ejus, Psal. 89. 40.

מְנֻזָּרִים Coronati, Diademati; Aff. מְנֻזָּרֶיךָ Diademati tui, Nah. 3. 17., & נ est cum Dageschi, nec scimus ejus rationem, scribit Ab. Esra. Redundat igitur, aut ad ornatum est, ut aliâs Hebræi loqui solent.

מַזָּרוֹת f. Planetæ, Signa cælestia, Job. 38. 32: idem enim plurimi esse putant, cum מַזָּלוֹת, de quo in נזל.

נָחָה Duxit, Adduxit, Abduxit, Deduxit: Præter. נָחָה אֶת־חָעָם נָחֲנִי Deduxit me, Gen. 24. 27. Imp. Deduc populum istum, Exod. 32. vers. 34. Hiphil Præter. הִנְחַנִי Duxit me, Gen. 24. 48.

מְנָחָה f. Munus, Oblatio, ab Adducendo, ut quidam volunt, formæ מִצְוָה Præceptum: at quia pluralem ejus absolutum Rabbini efferunt מְנָחוֹת, Mem cum Scheva, ideo radicale esse censetur, ad formam גִּבְעָה unde plur. גִּבְעוֹת: si autem מ esset servile, diceretur מְנָחוֹת, ad formam מִצְוָה, vide ergo illud in מנח.

נָחַל Possedit, Possessor fuit vel factus est, Possessionem habuit, Posidendum accepit. Semel, Posidendum dedit vel distribuit, ut Num. 34. vers.

34.vers.17: Futurum כָּבוֹד חֲכָמִים יִנְחָלוּ Gloriam sapientes possidebunt, Proverb.3.35. In Pihel נִחֵל Possidere fecit, Possidendum tradidit, Possessionem distribuit: Præter. אֲשֶׁר נִחֵל Quæ possidenda tradidit, Jos.13.32: נִחֲלוּ אוֹתָם Quæ possidenda tradiderunt illis, Jos.14.v.1: reliqua quæ hujus Præteriti formam habent, vide in חָלַל. Hiphil Præter. הִנְחַלְתִּי אֶת־אֲבֹתֵיכֶם Possidere feci patres vestros, Jer.3.18, &c. Hophal Præterit. חֻנְחַלְתִּי Effectum est ut possideam, Job.7.3. Hithpahel הִתְנַחֵל Possessorem se constituit, Possessionem adiit: Præterit. וְהִתְנַחֲלוּם Et constituent se possessores eorum, Jes.14.2: וְהִתְנְחַלְתֶּם Constituetis vos possessores, Levit.25.v.46. Infinit. עַד־הִתְנַחֵל Donec constituerint se possessores, Num.32.v.18. Futur. תִּתְנַחֲלוּ Possessionem adibitis, Num.34.13.

נַחֲלָת f. Possessio; semel irregulariter נַחֲלַת, Psal.16.6, cui simile in זָמַר & in מָנָה: Constructum נַחֲלַת שָׂדֶה Possessionem agri, Num.16.v.14: Aff. נַחֲלָתוֹ Possessio ejus, Deut.18.2: נַחֲלַתְכֶם Possessionis vestræ, Psal.105.11: Plur. הַנְּחָלוֹת Possessiones, Jos.19.50.

נַחַל m. Vallis, Torrens, per vallem decurrens, & generalius, Flumen: עַד־נַחַל Usq; ad vallem, Num.13.24: כְּנַחַל Tanquam torrens, Jesa.30.28: Cum ה paragogico, נַחֲלָה Torrens, Psalm.124.4: Et cum ה locali, נַחֲלָה Ad vallem, Num.34.5 Plur. וְנַחֲלִים Et torrentes, Psal.78.20: Duale, נַחֲלַיִם Torrentes duo, vel Flumina, Ezech.47.9: Constr. נַחֲלֵי מַיִם Flumina aquarum Deut.8.7: Aff. נַחֲלֵיהָ Torrentes ejus, Jes.34.9.

נְחִילוֹת f.p. Nechiloth: Quidam Hebræorum putant esse nomen instrumenti musici, alii initium Carminis alicujus, ad cujus melodiam Psalmi decantabantur, Psal.5.v.1. Vide etiam in חָלַל inter Nomina.

נחם *Pihel* Solatus, Consolatus est alium: *Præt.* נִחַם יְהוָה עַמּוֹ *Consolatus est Dominus populum suum, Jesa. 49. 13. Particip.* מְנַחֵם *Consolans vel Consolator, Thren. 1. 2. & c. Pyhal Præter.* נֻחָמָה *Consolatione affecta, Jesa. 54. 11. Futurum.* תִּנָּחֲמוּ *Consolatione perfundemini, Jes. 66. 13. Niphal* נִחַם *Consolationem cepit vel admisit, Se consolatus est: item Pœnituit. Cautè hoc Præteritum, à Pihel discernendum est: Construitur absolutè & cum Præposit.* אֶל & עַל: *Præterit.* נִחַם עַל *Consolationem ceperat de Amnone, 2. Sam. 13. 39: Pœnitebat, 1. Sam. 15. 35:* נִחַמְתִּי עַל־הַטּוֹבָה *Pœnitet me illius boni, Jer. 18. 10. Hithpahel Præteritum* הִתְנַחַמְתִּי *Et consolabor me, Ezech. 5. 13. pro* וְהִנָּחַמְתִּי *Segol loco Pathach Euphoniæ causâ. Part.* מִתְנַחֵם לְךָ *Consolaturus se de te, Gen. 27. 42. Infinit.* וַיְמָאֵן לְהִתְנַחֵם *Et renuti consolationem admittere, Gen. 37. v. 35. Futurum* וְאֶתְנֶחָם *Et meipsum consolor, Psal. 119. 52:* יִתְנַחֵם *Pœnitebit ipsum, Deut. 32. 36.*

נֹחַם *m.* Pœnitentia, *Hos. 13. 14.*

נֶחָמָה *f.* Consolatio; *Aff.* נֶחָמָתִי *Consolatio mea, Ps. 119. 50.*

נֶחָמִים *m. p.* Consolationes, Consolatoria, *Zach. 1. 13, Jes. 57. 18; Aff.* נֶחָמַי *Pœnitentiæ meæ, hoc est, Viscera mea pœnitentiâ commota, Hos. 11. 8.*

תַּנְחוּמִים *m.* Consolationes, *Jer. 16. 7: Aff.* תַּנְחוּמֶיךָ *Consolationes tuæ, Psal. 94. 19. Fœm.* תַּנְחוּמוֹת *Consolationes, Job. 15. 11: Aff.* תַּנְחוּמוֹתֵיכֶם *Consolationes vestræ. Job. 21. 2.*

נחץ נָחִיץ *m.* Urgens, Acceleratum, *1. Sam. 21. v. 8. Chaldæus vertit,* בִּבְחִילִי *Per celeritatẽ, celerier.*

נחר נְחִירַיִם vel *dualiter* נְחִירִים *m.* Nares, *duo nariumforamina; Aff.* מִנְּחִירָיו *E naribus ejus, Job. 41. vers. 11.*

נחר

נַחַר *m.* Ronchus, *qui per nares editur: Aff.* נַחְרוֹ *Ronchi ejus, Job.39.23. Fœm.* נַחֲרָה *Unde conſtr.* נַחֲרַת סוּסָיו *Ronchus equorum ejus, Jer.8.16.*

נחשׁ *Pihel* Auguratus eſt, Conjectavit: Expertus eſt, Experimento didicit, Expertum habuit, *& quaſi more augurum cognovit: Deſcriptio augurandi, quam Kimchi in lib.Rad.adducit ex Veterib. Rabbinis, extat in Cod. Talmud. Sanhedrin cap.7. fol.65. Præter.* נִחַשְׁתִּי *Experimento didici, Gen.30.27: Partic.* מְנַחֵשׁ *Augur, Deut.18.10. Infinit.* נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ *Experiendo experietur, Experimento certò diſcet, Gen.44.5: Fut.* יְנַחֵשׁוּ *Experimento diſcent, 1.Reg.20.33.*

נַחַשׁ *m.* Conjectio, Augurium: Incantatio, *Num. 23.v.23: Plurale,* נְחָשִׁים *Auguria, Incantationes, Numer.24.v.1.*

נָחָשׁ *m.* Serpens: *Conſtr.* נְחַשׁ נְחָשֶׁת *Serpentem æreum, Num.21.9: Plur.* נְחָשִׁים *Serpentes, Jer.8.17.*

נְחֹשֶׁת *c.* Aes, Aerugo: *& metonymice,* Numella, Compes *æreæ; juxta Kimchium etiam eſt* Chalybs *&* Chalybeum *etſi æris olim major uſus & copia fuerit. Aff.* נְחָשְׁתִּי *Numellam chalybeam meam, Thren.1.7: Et cum Kibbutz* נְחָשְׁתָּם *Æs eorum, 2.Reg.25.v.13:* נְחָשְׁתָּהּ *Aerugo ejus, Ezech.24.11:* נְחָשְׁתֵּךְ *Aerugo tua, Ezech.16. v.36, id eſt, Virus ſeu virulenta ſordes ex aſſidua ſcortatione profluentes ut ærugo ex ære. Duale,* נְחֹשְׁתַיִם *Numellæ, Vincula chalybea, Compedes æreæ, Jud.16.21.*

נְחֻשְׁתָּן *m.* Nechuſchtan, *quaſi Aereus, nomen ſerpentis a materia ſic dicti, 2.Reg.18.4.*

נְחוּשׁ *m.* Chalybeus, Aereus, *Job.6 12. Fœmin.* וּמִצְחֵךְ נְחוּשָׁה *Et frons tua Chalybea, Jeſ.48.v.4:* כַּנְחֹשָׁה *Quaſi chalybeam, Quaſi æs, Levit 26.19.*

נְחָשׁ m. Chal. Æs, Dan.2.32: emph. נְחָשָׁא, v.35.

נָחַת Descendit: *propriè Chaldæum est. Futurum,* וַתִּנְחַת עָלַי *Et descendit super me, vel transiti-vè juxta quosdam, Descendere feciſti, Demiſiſti suprà me manum tuam, Psalm.38.3: & defectivè,* יֵחַת *Descendet, Jerem.21.13:* תֵּחַת *Descendit, Demittit se, Prov.17.v.10. Irregulariter cum Dageſch,* יַחַתּוּ *Descendunt, Job.21.13. Chald.Partic.præsens,* נָחֵת Descendens, Dan.4. v.10.2. *Niphal Præter.* נִחַתּוּ בִי *Descendere factæ, Demiſſæ, Infixæ sunt in me, Psalm.38.3: reliqua quæ hinc essepoſſent pertinent ad* חָתַת. *Pihel Imper.* נַחֵת *Descendere fac, Deprime, Psal.65.11. Hiphil Imper.* הַנְחֵת *Fac ut descendant, demittant seſe, Joel.3.11.* Chal. Imper. אַחֵת Descendere fac, Deduc, Deporta, Esr.5.15. Partic. מְהַחֲתִין Repoſitæ erant, vel, Reponebant, Esr.6.1, cum ה Characteriſtico, ut sæpè aliâs: Futur. וְתַחֵת Et Repones, Esr.6.5. Hophal Præt. הֻנְחַת Descendere factus, Depoſitus est, Dan.5.20.

נַחַת *m.* Descensus, *Job.17.16:* וְנַחַת *Et descensum, Jesa. 30.30:* וְנַחַת *Et Demiſſum, Depoſitum, id est,* Ferculum, *Job.36.16: Vide etiam* יגח *&* גּוּחַ.

נְחֻתִים *m.p.* Demiſsi, *2.Reg.6.9, pro* גְּחִיתִים, *ex forma Nominis participialis paſsivi Chaldaici. Nam de Syris propheta illic loquens, voce Syra utitur.*

נָטָה Inclinavit, Extendit se, Declinavit, Deflexit, Divertit: *& activè,* Inclinavit, Extendit, Tetendit, Intendit. *Præter.* נָטִיתָ יְמִינְךָ *Extendiſti dexteram tuam, Exo.15.v.12.* נָטוּ רַגְלָי *Declinaverant pedes mei, Psal.73.2. &c. Niphal Præt.* נִטּוּ *Extenduntur vel Extendunt se, Num.24.6. Futur.* יִנָּטֶה *Extendetur, Zach.1.16:* יִנְטוּ *Inclinant se, Jer.6.4. Hiphil* הִטָּה Fecit aut Curavit divertere, reflectere, secedere, Advertit, Avertit, Pervertit, Inflexit, Inclinavit,

navit, Admovit. *Præt.* הִטָּה אָזְנוֹ לִי *Inclinavit aurem suã mihi, Pſ.116.2:* וְעָלַי הִטָּה חַסְדּוֹ *Et ſuper vel ergame advertit benignitatem, Eſr.7.28. Imper.* הַט *Inclina, Pſalm. 17.6, pro* הַטֵּה *per Apocopam. Sic Futurum,* תַּט *Avertas, Pſal.27.9, pro* תַּטֶּה. *Hophal Part.* מֻטֶּה *Perverſum, Ezech.9.9: plur.* מְטוּת *Jeſa.8.8.*

מִטָּה *f.* Lectus, *ſic dictus, quaſi Reclinatorium, 2.Reg.4. 10: item* Feretrum, *2.Sam.3.31: Conſt.* עַל־מִטַּת אִישׁ *Super lectum viri Dei, v.21. Aff.* מִטָּתוֹ *Lectum ſuum, 2.Reg. 4.32: Plur.* מִטּוֹת שֵׁן *Lecti eburnei, Amos 6.4.*

מַטֶּה *c. ſed m. ſæpius,* Virga, Scipio, Baculus, *quaſi inclinatorium, quòd homo ſe in eo Inclinat, quieſcendi aut ſuſtentandi causâ, aut quod Extendatur ad indicandum aut faciendum aliquid, aut facilè Inclinetur, item* Tribus, *Metonymicè, quòd Virgâ cui inſcriptum erat cujuſq; tribus nomẽ ſignificaretur, ut eſt Num.17, aut quòd ſit familiæ Extenſio: Conſtructum,* מַטֵּה אַהֲרֹן *Tribus Aharonis, Exod.7. v.12.* מַטֵּה־לֶחֶם *Scipionem panis, Levit. 26. v.26, id eſt, robur, fulcimentum, alendi facultas: Aff.* מַטֵּהוּ *Baculum ſuum, Exod. 4.2:* אֶת־מַטְּךָ *Baculum tuũ, Exod.8.16: Plural. cum Affixo,* בְּמַטָּיו *Virgis illius, Hab.3. v.14. Fœm.* מַטּוֹת *Virgæ, Num.17.2: Tribus, Num.34.13: Aff.* מַטּוֹתָם *Virgas illorum, Num.17.6.*

מַטָּה Infrà, Infernè, Infimè, *quaſi Inclinatum deorſum, Deut.28.43:* לְמַטָּה *Infernè, Jeſa.37. v.31:* מִלְמַטָּה *idem, Exod.26.24.*

נָטַל Levavit, Suſtulit, Impoſuit: *Conſtruitur cum Præpoſit.* עַל *& propriè Chaldaicum eſt. Præter.* נָטַל עָלָיו *Impoſuit ei, Thren. 3. v. 28. Particip.* נוֹטֵל עָלֶיךָ *Impono vel Propono tibi, 2.Sam.24.12. Futur.* יִטּוֹל *Sublaturus eſſet, Jeſ.40.15.* Chald. Præter. נְטַלֵת Levavi, Suſtuli, Dan.4.31. Et Præter. paſſ. Pehil,

fœm. נְטִילַת Efferebatur, Dan.7.4. *Pihel Fut.* וַיְנַטְּלֵם *Et levavit eos, Jeſ.63.9.*

נֶטֶל *m.* Onus, Pondus, *Pro.27.3.*

נְטִילִים *m.p.* Portatores, Bajuli: *Conſtruct.* נְטִילֵי כָסֶף *Levantes argentum, id eſt, argentarii, Soph.1.11.*

נָטַע Plantavit, Conſevit: *Præterit.* נָטַע כָּרֶם *Plantavit vineam, Deut.20.6:* נְטַעְתָּ *Plantaſti, Deut.6.11. &c. Niphal Præter.* נִטָּעוּ *Plantantur, Jeſ.40.24.*

נֶטַע *m.* Planta: *Conſtructum,* נֶטַע שַׁעֲשֻׁעָיו *Planta latitiarum ejus, Jeſ.5.7.*

נֶטַע *m. idem:* כְּמוֹ נָטַע *Sicut planta, Job.14.9, ubi* ֶ *eſt pro Segol propter pauſam: Aff.* בְּיוֹם נִטְּעֵךְ *In die plantationis tuæ, Jeſ.17.11: Plurale Conſtr.* נִטְעֵי נַעֲמָנִים *Plantas amenitatum, Jeſa.17.10.*

נְטָעִים *m.p.* Plantæ, *Pſal.144.12.*

מַטָּע *m.* Planta, *Jeſ.61.3: Aff.* מִטָּעָה *Plantationis ipſius, Ezech.17.7: Plur. Conſtructum,* לְמַטְּעֵי כָרֶם *Ad plantationes vel Plantaria vineæ, Mich.1.6: Aff.* מַטָּעָו *Plantarum ejus, Jeſa.60.21, vel Plantarum mearum: Scribitur enim per* ו *ſed legitur juxta Maſorethas,* מַטָּעַי.

נָטַף Stillavit, Deſtillavit: *Præter.* נָטְפוּ מַיִם *Stillaverunt aquas, Jud.5. ver.4. Particip. præſens* נֹטְפוֹת *Stillantia, Cant.5.13. Futur.* תִּטּוֹף מִלָּתִי *Stillabit ſermo meus, Job.29.22. &c. Hiphil Præter.* וְהִטִּיפוּ *Et ſtillabunt, Amos 9.13. Partic. præſens* מַטִּיף *Stillans vel Stillator, quo* Propheta *illic intelligitur, Mich.2.11. Imper.* וְהַטֵּף *Et ſtilla, vel, Fac ut ſtillet, id eſt, prophetet, Ezech.21.2. Futur.* אַטִּיף *Stillabo, id eſt, prophetabo, prophetiam eloquar, Mich.2.11. &c.*

נֵטֶף *m.* Stacte, Stilla, *Exod.30.34. plur. Conſt.* נִטְפֵי מַיִם *Stillæ aquarum, Job.36.27.*

נְטִיפוֹת *f.* Myrrothecidia, *quaſi Stillatoria aut guttatoria*

toria dicas, vasicula aurea, in quibus ponebatur נֵטֶף stacte aut balsamum, juxta Kimchium & R. Levi, Jud. 8.26. Jesa 3.19. Quidam, Catenulas; Torques exponunt: Posteriore loco scribitur נְטִפוֹת.

נָטַר Custodivit, Servavit, Asservavit: Præterit. נָטַרְתִּי Custodivi, Cant. 1.6. &c. Chald. Præt. נְטַר Servavi, Dan. 7.28.

מַטָּרָה f. Custodia, Carcer, Jerem. 32.2: item Scopus, quasi Observationem dicas: לְמַטָּרָה In scopum, Job. 16.12: & cum א loco He, כַּמַּטָּרָא Ut scopum, Thren. 3.12.

נָטַשׁ Dimisit, Deseruit, Permisit, Omisit: Et quandoque intransitivè, Extendit, Expandit, Diffudit se: Præterit. נָטַשׁ אָבִיךָ Omisit pater tuus, 1. Sam. 10.2. &c. Partic. præter. נְטֻשִׁים Dimissi, Dissiti, Diffusi erant, 1. Sam. 30.16: Fœmin. חֶרֶב נְטוּשָׁה Gladii dimissi, Extensi, Jes. 21.15. Futur. יִטֹּשׁ Deseret, 1. Sam 12. v. 22: וַיִּטֹּשׁ Et extendit se, diffudit se, 1. Sam. 4.2. Niphal Præt. נִטְּשׁוּ Extenderunt se, Jes. 16.8: נִטְּשָׁה Deserta erit, Amos 5.2. Fut וַיִּנָּטְשׁוּ Et diffuderunt se, Jud. 15.9. Pyhal Præt נִטַּשׁ Desertum erit, Jes. 32.14.

נְטִישׁוֹת f. Propagines, Sarmenta, Jes. 18.5: item Pinnæ: cum Aff. נְטִישׁוֹתֶיהָ, Pinnas ejus, Jer. 5.10: נְטִישׁוֹתַיִךְ Propagines tuæ, Jer. 48.32; omnia ab Emittendo dicta, quasi Emissiones dicas.

נִין m. Filius, Job. 18.19: Jesa. 14.22. cum Aff. וְלִנִינִי Et filio meo: Genes. 21.23. Sic Chaldæus בַּר Filius: נִינָם Filius eorum, Psal. 74.8, juxta Targum: R. Sal. מְשׁוֹלְיֵיהוֹן Dominatores ipsorum: vide id in יָנָה.

מְנוֹן m. Filius, Prov. 29.21. Hin Verbum Futurum ex Niphal יִנּוֹן שְׁמוֹ Soboleſcet, Propagabitur nomen ejus, Psal. 72.17, quasi dicas, Filiabitur, id est, propagabitur, sicut familia per continuam filiorum seriem & suc-

cessionem propagari solet. *Aben Esra,* יקרא בן Vocabitur filius: *R. Salomon,* Dominabitur, Magnificabitur. *Apud Veteres Hebræorum Sapientes hoc inter Nomina Messiæ refertur, ut videre est in Cod. Talmud. Pesachim cap. 4. fol. 59. & Cod. Nedarim, cap. 4. fol. 39: & in Cod. Sanhedrin cap. 11. fol. 98, ubi ita scriptum:* R. Johanan dixit: Messiæ quod est nomen? Qui de Schola R. Schela, responderunt: שילה *Schilo,* juxta illud: Donec veniat Schilo: de Schola R. Janna, dixerunt: ינון jinnon, juxta illud; jinnon est nomen ejus. Alii dixerunt, חנינא Chanina: juxta illud: Non dabo vobis חניתה gratiam, *id est,* Messiam, qui Gratiosus vocabitur: alii, מנחם *Menachĕ,* juxta illud: Longè recessit à me מנחם consolator, id est, Messias sic vocatus: alii חיורא *Leprosus:* juxta illud: Verè morbos nostros ipse pertulit &c. Jes. 53.4. *Et inde eadem pag. cum quidam quæsivisset, ubi esset Messias, responsum fuit:* יתיב אפתחא דרומי Sedet in portis urbis Romæ (*sic in Veneto exemplari legitur: at in Basilienſi editione,* אפתחא דקרתא In porta Urbis, *quod synecdochicè de Roma intelligendum*) & quod est signũ ejus? Sedet inter paupetes portantes morbos, *id est, Leprosos, ut Scholiastes explicat Hæc illic. Plurib. ibidem videtur, quomodo Veteres de Messia, ejus nomine & adventus tẽpore fuerint soliciti. Cùm verò posteriores Judæi prioribus illis pejores, animadvertissent, omnes terminos ab Antiquis constitutos præteriisse, neque Messiam, qui illis quidem placeret, venisse, anathemate interdictum, ne quis tempus adventus ejus supputaret, ut pagina præcedente ibidem legitur,* תיפח רוחן של מחשבי קצין Rumpatur spiritus eorum, qui supputant terminos.

נִיק *Hiphil* הֵנִיק Lactavit: *Futur.* וַתְּנִיקֵהוּ *Et lactavit eum, Exod.2.9. Convenit cum* יָנַק.

נִיר *Hiphil* הֵנִיר Novellavit, *agrũ de novo proscidit: Imp.* נִירוּ *Novellate, Jer.4.3, pro* הָנִירוּ: *idem Hos. 10.12. Apud Rabbinos,* נרה שנה ראשונה Novellat anno primo, & anno secundo serit.

נִיר *m.* Novale, *ibid. & Pro.13.23. Aliam ejus significationem vide in* נור.

נֵכֶד *m.* Nepos, *& collectivè,* Nepotes, posteri, *Job.18.19: Jesa.14.22: Aff.* וְלִנְכָדָי *Et nepoti meo, Genes.21.v 23.*

נכה *Hiphil* הִכָּה Percussit, Cæcidit: *metaphorice* Propagare, Diffundere, *Præter.* וְהִכָּה אֶרֶץ *Et percutiet terram, Jesa.11.v.4. Futurum, per Apocopam,* וַיַּךְ שָׂרָשָׁיו *Et percutiet radices suas, Hos.14.6, id est, propagabit, diffundet. Non dissimilis usus Verbi* מָחָא *est. Hophal Præter.* הוּכָּה *Percussus, Cæsus fuit, Psalm.102. v.5: Particip. præter.* הַמֻּכֶּה *Percussi, Num.25.14. Const.* מֻכֵּה *Jesa.53.4.* נִכִּים *Cæsi sunt, Cæduntur, Exod.5.v.16: Constructum.* מֻכֵּי חָרֶב *Percussi gladio, Jer.18.21. Futur.* וַיֻּכּוּ *Et cædebantur, Exod.5.14:* תֻּכּוּ *Percutiemini, Jesa. 1.v.5, cujus aliam significationem vide in* חָוַךְ. *Niphal Præter.* וְנֻכָּה *Et percussus fuerit, 2.Sam.11.15: Et* ה *in* א *commutato,* נֻכְּאוּ *Percussi sunt, Job.38. vers.8 Pihel Infinit.* נַכֹּתוֹ *Percutere, Num.22.6: Pyhal Præter.* נֻכּוּ *Percussa, Læsa erant, Exod.9.32:* נֻכְּתָה *Læsum, Percussum erat, Exod.9.31.*

נֶכֶה *m.* Percussus, Læsus: *Construct.* נֶכֵה רַגְלַיִם *Percussus pedibus, 2.Sam.4.4: id est, Claudus.* וְנֶכֵה רוּחַ *Et percussus spiritu, Jesa.66.2: plur.* נְכִים Loripedes, *quasi Percussos pedibus dicas, Psal.35.15. Hinc & Pharao* נֶכֶה *dictus, quod Claudus esset.*

נְכֹאִים *Vide in* כָּאָה.

מַכָּה *f.* Plaga, *Joſ.10.10: Conſtr.* מַכַּת *Jer.30.14: Aff.* מַכָּתוֹ *Plagæ ejus, Jeſ.30.26. Plurale,* מַכּוֹת *Plagæ, Deut.28.59:* מַכּוֹתָם *Plagæ eorum, Pſalm.64.8. Et ſemel maſculinum* מִן הַמַּכִּים *A plagis, 2.Reg.9.15.*

נֹכַח Coram, Contra, E regione, Ex adverſo, *habetq; vim Nominis, quaſi Partem adverſam vel oppoſitam dicas, Exod.40.24:* אֶל־נֹכַח *Ad coram, id eſt, Verſus anteriorem partem, Numer.19.4:* לִנֹכַח אִשְׁתּוֹ *Ad coram. In præſentia uxoris ſuæ, Geneſ.25. verſ.21:* לִנֹכַח *E regione pecudum, Geneſ.30.38: Ex alia forma eſt* נֹכַח *E regione ejus, Exod.14. v.2, cujus abſolutum poſſit eſſe* נֹכַח.

רֵק m. Vacuus, Inanis: *metaphoricè*, Vanus: וְהַבּוֹר רֵק *Et cisterna erat vacua*, Geneſ. 37.24: Plur. בַּדִּים רֵקִים *Vaſa vacua*, 2. Reg. 4.3. אֲנָשִׁים רֵקִים *Viri vani*, 2. Par. 13.7: אֶחָד הָרֵקִים *Quiſpiam vaniſſimorum hominum*, 2. Sam. 6.20. Fem. וְרֵקָה נַפְשׁוֹ *Vacua eſt anima ejus*, Jeſa. 29.8: Plur. חַשְׁבֻּלִים הָרֵקוֹת *Spicæ illæ vacuæ*, Gen. 41.27. Hinc vox convitii Syra רָקָא Matth. 5.22, ܪܩܐ, *Vanus, cerebro vacuus, mente & judicio carens, vanus, levis & temerarius.* Talmudicis familiare ריקא & quandoque ריקה ſemper cum ', quo Zere indicatur & Chirek.

רִיק m. Inanitas, Inane, Pſal. 4.3: & adverbialiter, Inaniter, Fruſtra, Pſal. 73.3. Jeſ. 49.4.

רֵיקָם Immeritò, Inaniter: *quandoque tranſit in naturam Nominis*, Vacuus, *ſingulariter & pluraliter utriuſque generis*: רֵיקָם *Vacuum vel vacuè dimiſiſſes me*, Gen. 31.42: לֹא תֵלְכוּ רֵיקָם *Non abibitis vacui.*

רִיר Salivavit, Fluxit. *Præter.* רָר בְּשָׂרוֹ *Si ſalivaverit caro ejus*, Levit. 15.3.

רִיר m. Saliva: *metaphoricè*, Albumen ovi: בְּרִיר חַלָּמוּת *In albumine vitelli*, Job. 6. v. 6: Aff. וַיּוֹרֶד רִירוֹ *Et demiſit ſalivam ſuam*, 1. Sam. 21.13.

רָכַב Equitavit, Inſedit, Vectus fuit, *curru vel animali*: Conſtruitur cum Præpoſ. עַל & ב. Præt. רֹכֵב עַל־הַפֶּרֶד אֲשֶׁר רָכַב עָלָיו *Cui inſidebat*, Eſth. 6.8. Part. *Inſidebat mulo*, 2. Sam. 18.9. *Hiphil* הִרְכִּיב Vehere vel vehi fecit, Vexit, Vehendum impoſuit: *apud Rabbinos* Cõpoſuit. Præt. הִרְכַּבְתָּ אֱנוֹשׁ לְרֹאשֵׁנוּ *Equitare feciſti hominem ſuper caput noſtrum*, Pſal. 66.12. Imp. cum Fut. הַרְכֵּב יָדְךָ עַל־הַקֶּשֶׁת *Equitare fac manum tuam ſuper arcum, id eſt, impone vel appone manum tuam ad arcum,*

cum, וַיִּרְכֹּב יָדוֹ *& apposuit manum suam, 2.Reg.13.v.16.*

רֶכֶב *m.* Currus, *collective; item* Catillus, *molæ pars superior, sic dicta, quòd Vehitur super inferiorem, quæ Rabbinis dicitur* שָׁכָב *quia Cubat infra superiorem, & Latinis vocatur* Meta, *Hebraicè* רַחַיִם *ut suprà in* ריח *dictum:* רֶכֶב בָּחוּר *Currus electos, Exod.14.v.7:* אֲלֵ־חִיק הָרָכֶב *In sinum currus, 1.Reg.22.35: Aff.* וַיֶּאְסֹור אֶת־רִכְבֹּו *Et ligavit, junxit currum suum, Exod.14.v.6: Plural. constructum,* בְּרִכְבֵי *In curribus Pharaonis, Cant.1.v 9. Fœm.* רִכְבָּה *Currus, Ezech.27.20.*

רַכָּב *m.* Eques; Auriga, *2.Reg.9.17: Aff.* לְרַכָּבוֹ *Auriga suo, 1.Reg.22.34.*

רָכוּב *m.* Vehiculum: הַשָּׂם עָבִים רְכוּבוֹ *Qui disponit nubes vehiculum suum, Psal.104.3.*

מֶרְכָּב *m.* Sedile, Ephippium, Stratum equi, Equitatus, *Levit.15.9: Aff.* מֶרְכָּבוֹ *Stragula ejus, Cant.3.10:* לְמֶרְכָּבוֹ *Pro equitatu suo, 1.Reg.4.26.*

מֶרְכָּבָה *f.* Currus, *2.Sam.15.1: Constructum,* בְּמֶרְכֶּבֶת חַמִּשִׁנָּה *In curru secundani. Gen.41.vers.41, cum Chirek sub* מ *: Aff.* וַיֶּאְסֹר יוֹסֵף מֶרְכַּבְתּוֹ *Et ligavit, hoc est, junxit Joseph currum suum, Gen.46.29: Plural.* מַרְכְּבוֹת *Currus, Zach.6.1: Constructum,* מַרְכְּבוֹת *Currus Pharaonis, Exod.15. vers.4: Aff. Cur tardaverunt incessus* מַרְכְּבוֹתָיו *curruum ejus, Jud.5.28, quæ sunt cum Pathach sub* מ *ab initio.*

מוּרְכָּב *m.* Compositum, *veluti* בֵּיתְאֵל *est* שם המורכב *Nomen compositum ex* בֵּית *&* אֵל, *Rab.*

הַרְכָּבָה Compositio. *Inde Eliæ Levitæ liber,* ספר התרכבה *Liber compositionis, id est, vocum irregularium, ex diversis formis compositarum, Rab.*

אַרְכֻּבָּה *m. Chald. Poples,* à Vehendo: synecdochicè *Genu. Aff.* וְאַרְכֻּבָּתֵהּ *Et genua ejus, Daniel.5.*

verſ.6. Hebraicè inverſis literis dicitur פֶּרֶךְ.

רכך Molliri, Molleſcere, Molle eſſe: *Præterit.* רַךְ לְבָבְךָ *Mollitus eſt animus tuus*, 2.Reg. 22. 19: רַכּוּ דְבָרָיו מִשָּׁמֶן *Molliora ſunt verba ejus oleo*, Pſal. 55. v.22. *Niphal Futur.* אַל־יֵרַךְ *Ne molleſcat*, Deut. 20.3. *Pyhal Prat.* רֻכְּכָה בַשֶּׁמֶן *Emollita eſt oleo*, Jeſ. 1 6. *Hiphil Præterit.* הֵרַךְ לִבִּי *Emollit cor meum*, Job. 23.16.

רַךְ *m.* Mollis, Tener: בֶּן־בָּקָר רַךְ וְטוֹב *Filiũ bovis, id eſt, vitulum tenerum & bonum*, Gen. 18.7: וְרַךְ הַלֵּבָב *Et mollis corde*, Deut. 20.8: *Plurale* יְלָדִים רַכִּים *Pueri iſti teneri ſunt*, Gen. 33.13. *Fœmin.* לָשׁוֹן רַכָּה *Lingua mollis*, Prov. 25.15: *Plur.* רַכּוֹת *Mollia*, Job. 40.22.

רֹךְ *m.* Molliries, Deut. 28 56.

טֶרֶךְ *m. idem*, Levit. 26.36.

רכל רֹכֵל *m.* Negotiator, Mercator: Aromatarius: מִכֹּל אַבְקַת רוֹכֵל *Omni pulvere aromatarii*, Cant. 3.6: *Plur.* בְּעִיר רֹכְלִים *In urbe negotiatorum*, Ezech 17.4: *Conſtr.* רֹכְלֵי *Negotiatores Seba*, Ezech. 27. 22: *Aff.* רֹכְלַיִךְ *Mercatores tui*, v.17. *Fœm.* רֹכֶלֶת הָעַמִּים *Mercatrix populorum*, Ezech. 27.3: *Aff.* רֹכַלְתֵּךְ *Negotiatrix tua*, v.20.

רָכִיל *m.* Detractor, *quaſi famæ ac honoris proximi Nundinator*: לֹא תֵלֵךְ רָכִיל *Non ambulabis (ut) detractor*, Lev. 19.16: *Ab. Eſra.* רוֹכֵל *Mercator emit ab uno, & vendit alteri: ſic* רָכִיל *detractor revelat huic id, quod audivit ab illo:* אַנְשֵׁי רְכִילוּת *Viri detractionis*, Ezec. 22.9.

רְכֻלָּה *f.* Mercatura: *Aff.* בְּרֹב רְכֻלָּתֵךְ *In multitudine mercaturæ tuæ*, Ezech 28.16.

מַרְכֻלֶת *f.* Mercatus: *Aff.* בְּמַרְכֻלְתֵּךְ *In mercatu tuo*, Ezech. 27.28.

רכס Elevavit, Suſtulit: *Futur.* וַיִּרְכְּסוּ *Et attollunto*, Exod. 28.28. Exod. 39.21.

רכסים

רְכָסִים *m.p.* Salebrosa, *hinc inde Elevata, Jes.40.4.*

רְכָסִים *m.p.* Elationes: *Constr.* מִרְכְּסֵי אִישׁ *Ab elationibus viri, Psal.31.21.*

רָכַשׁ Acquisivit, Comparavit, *substantiam scil. & opes: Præter.* כָּל־רְכֻשׁוֹ אֲשֶׁר רָכָשׁ *Omnem substantiam ejus quam substantiavit id est, acquisivit & comparavit sibi, Gen.31.18:* אֲשֶׁר רָכָשׁוּ *Quam acquisiverunt, Gen.12.5.*

רְכוּשׁ *m.* Substantia, Facultates, *omne acquisitum hominis, Gen.14.v.11: Aff.* רְכוּשָׁם רָב *Substantia eorum multa, Gen.13.6.*

רֶכֶשׁ *m.* Equus vel Mulus, *levis & celer, tàm ad equitatum, ut hodie sunt Postæ, quàm vecturæ celeriori, ut cameratorum curruum, Mich.1.13. 1.Reg.4.28.*

רָמָה Jecit, Dejecit, Projecit, Jaculatus est: *Præt.* רָמָה בַּיָּם *Dejecit in mare, Exod.15.v.21. Partic. Constr.* וְרֹמֵה קָשֶׁת *Et jaculantis arcu, Jerem.4.v.29: Plurale,* רֹמֵי קֶשֶׁת *Jaculantes arcu, Psal.78.v.9.* Chald. Præt. וְרַמוֹ לְגֻבָּא Et projecerunt in foveam, Dan.6. verſ.16: רְמֵינָא לְגוֹא נוּרָא Projecimus in medium ignis, Dan.3.24: וּרְמִיו Et projecerunt, v.21. Infin. לְמִרְמֵא Ad projiciendum, v.20. *Pihel* רִמָּה Decipere, Defraudare, Fallere: *Præterit.* רִמָּה אֶת־רֵעֵהוּ *Decipit proximum suum, Prov.26.19:* רִמִּיתֶם אֹתָנוּ *Decepistis nos Jos.9.22. Infin.* וְאִם־לְרַמּוֹתֵנִי *Et si ad decipiendum me, 1.Par.12.17.* Chald. ex Ithpehal, Futurum, יִתְרְמֵא לְגוֹא אַתּוּן Projicietur in medium fornacis, Dan.3.6: תִּתְרְמוּן Projiciemini, v.15.

רְמִיָּה *f.* Falsitas, Fallacia, Dolus: Dolosus: קֶשֶׁת רְמִיָּה *Sicut arcus doli, id est, dolosus, Hos.7. verſ.16:* לְשׁוֹן רְמִיָּה *Lingua dolosa, Psalm.120.3:* כַּף־רְמִיָּה *Manus fraudulenta, Prov.10.4:* לֹא יַחֲרֹךְ רְמִיָּה *Non aduret (vir)*

doli, venationem suam, Prov.12.27. id est, ignavus, v.24. ejusdem capitis. & in loco præcedenti, & 19.15. Nam quod labore & industria acquirere refugit, id fraude comparare tentat, & sæpè se & alios decipit.

מִרְמָה f. idem: אִישׁ דָּמִים וּמִרְמָה Vir sanguinum & fraudis, id est, sanguinolentus & fraudulentus, Psalm.5. v.7: Plural דִּבְרֵי מִרְמוֹת Verba fraudum, id est, fraudulenta, Psal.35.20.

תִּרְמָה f. Dolus: בְּתִרְמָה Per dolum, dolosè, Jud.9.v.31. Chald. בְּרָז Secretò, Clàm: R. Salomon notat esse proprium nomen loci, qui v.41. dicitur Aruma.

תִּרְמִית f. Dolus: לְשׁוֹן תִּרְמִית Lingua doli, dolosa, Soph. 3.13: וְתִרְמוֹת Et dolus, Jer.14.14, scribitur cum ו, sed legendum juxta Masorethas per Joth.

רֹמַח m. Spiculum; Lancea: וַיִּקַּח רֹמַח Et accepit lanceam, Num.25.7: Plur. מִרְקוּ הָרֹמְחִים Tergite spicula, Jerem.46.4: Aff. בְּמֹחֵיהֶם Lanceis suis, Nehem.4.v.13.

רֶמֶךְ m. Equa: Plurale, בְּנֵי הָרַמָּכִים Natos equarum, Esth.8.10. Ab Esra scribit sic etiam Arabicè vocari Equas.

רָמַם Attolli, Elevari: Præter. ex forma Cholem, רָמוּ מְעַט Attollunt se aliquantulum, Job.24. v.24. Ex alia significatione, Vermificavit. Futurum, וַיִּרָם תּוֹלָעִים Et vermificavit vermes, id est, produxit vermes, Exod.16.vers.20. Niphal Imper. הֵרָמוּ Tollite vos, Recedite, Numer.16.24. Futurum, אֵרוֹמֵם Exaltabor, Exaltabo me, Jes.33.10: יָרֹמּוּ Extulerunt se, Ezech.10.17.

רִמָּה f. Vermis, Exod.16.24.

רִמּוֹן רִמּוֹן m. Malus punica, Malogranatum, Joel.1.2. Aff. מֵעֲסִיס רִמֹּנִי De succo malogranati mei, Cant.8.v.2; vel est plurale per defectum literæ מ, quod

quod & in aliis quandoq; fit, ut Kimchi notat: Plurale, כָּל־הָרִמֹּנִים *Omnia mala punica Jer 52.23. Constructum,* רִמֹּנֵי תְכֵלֶת *Malogranata hyacinthina, Exod.28.33.*

רָמַס *Calcavit, Conculcavit, Proculcavit: Prat.* וְרָמַס *Et calcat; Mich.5.v.8. Particip.* הָעֹו רֹמֵס *Consumpti sunt calcans, id est, calcatores singuli, Jes.16. 4. Imp.* רְמֹס בִּחֹמֶר *Calca lutum, Nah.3.14. Niphal Futur.* בְּרַגְלַיִם תֵּרָמַסְנָה *Pedibus conculcabuntur, Jes 28.3.*

מִרְמָס *m. Conculcatio, Dan.8.13. Constr.* מִרְמַס רַגְלֵיכֶם *Conculcationem pedum vestrorum, Ezech.34.19. Eadem formâ etiam absolutum est, Jes.10.6 & 7.25.*

רָמַשׂ *Repsit, Reptavit: Partic.* אֲשֶׁר־רָמַשׂ *Quod reptat, Gen.7.8. Fœm.* הָרֹמֶשֶׂת *Quæ reptat, Gen.1.21. Futurum,* אֲשֶׁר תִּרְמֹשׂ *Quod reptat super terram, Gen.9.2.*

רֶמֶשׂ *m. Reptile, Reptilia, Gen.24.25.*

רָנָה *Sonuit: Futur.* עָלָיו תִּרְנֶה אַשְׁפָּה *Contra ipsum sonabit pharetra, Job.39.26.*

רָנַן *Cecinit, Cantavit, Cantillavit: Exclamavit, Acclamavit: Infinit.* בְּרָנֵן־יַחַד *Quum canerent simul, Job.38.7. Imper.* רָנּוּ שָׁמַיִם *Cantate cæli, Jes.44. v.23. Imper.* רֹנִי בַלַּיְלָה *Exclama, Vociferare de nocte, Thren.2.19. Futur. in Schurek loco Cholem,* יָרֹן *Cantabit, Prov.29.6: simile vide in* יָרַץ *: cum* ה *paragogico,* תְּרֹנֶּה בַּחוּץ *Foris clamitat, Pro.1.20; simile vide in* דָּשַׁן *. Pihel Præterit.* וְרִנְּנוּ *Et cantabunt, Jer.31.12: Infinit.* רַנֵּן יְרַנְּנוּ *Cantando cantabunt, Psalm.132.v.16. Pyhal Futurum,* לֹא יֵרָנֵּן *Non cantabitur, Jesa.16.10. Hiphil Imper.* הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ *Cantate gentes (&) populus ejus, Deut.32. v.43. Futurum,* אַרְנֵן *Cantare faciam, Job.29.vers.13:* הַרְנִין *Facis ut cantent, Psalm.65.vers.9.*

Hithpahel Particip. מִתְרוֹנֵן מִיָּיִן *Cantans ex vino, Psal. 78. vers. 65.*

רִן *m.* Cantio: *Plur. Constr.* רִנֵּי פֶּלֶשׁ *Cantionibus liberandi, id est liberationis, Psal. 32. 7.*

רִנָּה *f.* Cantus, Cantio, Clamor: בְּקוֹל־רִנָּה *Voce cantus, Psal. 42. 5:* וַיַּעֲבֹר הָרִנָּה *Et transivit clamor, 1. Reg. 22. 36. id est, juxta Hebræos,* קוֹל הָרִנָּה *Vox clamoris, ad tollendam discrepantiam generis. Vox clamoris, hoc est, præconis clamantis. Aff.* הַקְשִׁיבָה רִנָּתִי *Attende ad clamorem meum, Psal. 17. 1.*

רְנָנָה *f.* Cantus, Cantio, *Job. 3. 7:* Const. רִנַּת רְשָׁעִים *Cantus improborum, Job. 20. 5:* Plurale, וְשִׂפְתֵי רְנָנוֹת *Et labiis cantionum, Psal. 63. 6.*

רְנָנִים *m. p.* Pavones, *à Clamore sic dicti, Job. 39. 16.*

רֶסֶן *m.* Habena, Frænum, *Psalm. 32. v. 9:* Aff. רִסְנוֹ *Freni ejus, Job. 41. 4.*

רָסַס Aspersit, Consperšit: *Infinit.* לָרוֹס אֶת־הַסִּלְתָּ *Ad conspergendum similam, Ezech. 46. 14.*

רְסִיסִים *m. p.* Consperšiones: Fragmenta, Scissuræ, *Amos, 6. 11:* Constructi. רְסִיסֵי לָיְלָה *Aspersionibus noctis, Cant. 5. 2.*

רַע Chald. *Infra, Subtus*, sed semper cum servili litera: לָרַע לְאַרְעָא Infra terram, Eccles. 3. 21, in Targum, pro Hebræo לְמַטָּה: & cum superaddito Mem מִלָּרַע De subtus, pro Hebræo מִלְּמַטָּה vel מִתַּחַת, unde Grammatici vocem *Milrah* appellant, quæ accentum infrà habet, id est, in ultima. Et denique cum servili א ab initio אַרַע *Infra*: unde מִנָּךְ אַרְעָא Inferiùs te, Dan. 2. v. 39, id est, demissius ac humilius tuo regno. Scribitur autem in fine cum א redundante, & legendum אַרַע juxta Masorethas.

אַרְעִית *f.* Infimum: לְאַרְעִית גֻּבָּא Ad imum foveæ, Dan.6.v.24, Hebraicè לְתַחְתִּירָת. Et in Targum, מְדוֹרִין אַרְעָאִין Mansiones infimæ, Gen.6. vers.16: לְאַרְעָא אַרְעִיתָא In terram imam, Ezech.31.14. Hinc *Terra* dicitur אַרְעָא quasi Ima, כִּי הִיא לְמַטָּה מֵהַכֹּל, quia omnibus rebus Inferior est, scribit Ab. Esra, Dan.3.39: vide אֶרֶץ.

רָעֵב Esurivit: *Præter.* אִם־רָעֵב שִׂנְאֶךָ *Si esurierit odio habens te, Prov.25.21. Futur* אִם אֶרְעַב *Si esuriero, Psal.50.12. Hiphil Futurum* לֹא יַרְעִיב *Non sinet esurire, Proverb.10.v.3:* וַיַּרְעִבֶךָ *Et esurire fecit te, Deut.8.3.*

רָעֵב *m.* Esuriens, Famelicus עַם רָעֵב *Populus famelicus, 2.Sam.17.29: Plur.* כִּי רְעֵבִים אֲנַחְנוּ *Quia famelici sumus, 2.Reg.7.12. Fœmin.* לְנֶפֶשׁ רְעֵבָה כָּל מַר מָתוֹק *Animæ famelicæ omne amarum dulce est, Prov.27.7.*

רָעָב *m.* Fames: רָעָב גָּדוֹל *Fames magna, 2.Reg.6.25.*

רַעֲבוֹן *m. idem:* בִּימֵי רַעֲבוֹן *In diebus famis, Psalm.37.19: Constructum* רַעֲבוֹן בָּתֵּיכֶם *Famem domuum vestrarum, Gen.42.19.*

רָעַד Tremuit: *Futurum* וַתִּרְעַשׁ *Et tremit illa, Psal.104.32. Hiphil Part.* עָמַדְתִּי מַרְעִיד *Steti tremens, Dan.10.11: Plur.* מַרְעִידִים *Trementes, Esr.10.9.*

רַעַד *m.* Tremor: אֲחָזָמוֹ רָעַד *Apprehendit eos tremor, Exo.15.15. Fœm.* רְעָדָה אֲחָזָתַם *Tremor comprehendit eos, Psal.48.7.*

רָעָה Pascere, Pascere se, Pasci; Depascere: *metaphoricè*, Consociare se; Socium, Amicum præbere se, *ut inter greges simul pascentes mutua est societas & amicitia: Præter.* וְרָעָה אֹתָן *Et pascet eas, Ezech.34.23:* רָעוּ אִישׁ אֶת־יָדוֹ *Depascent singuli locum suum, Jerem.6.3:* וְרָעוּ *Jer.11.6, vide in* רָעַע. *Particip.*

רֹעֶה אֶת־צֹאן *Pascens oves, Exod. 3.1, sæpè transit in Nomen substantivum*, Pastor. וְרֹעֵה כְסִילִים *Consocians se stultis Prov. 13.20.* רֹעֵהַ עֲקָרָה *Consociat ei sterilem. Job. 24.21: Hebræi*, Conterit, Confringit, *ex significatione Verbi* רָעַע: *Const.* רֹעֵה צֹאן *Pastor ovium, Gen. 4.2:* כְּאֹהֶל רֹעִי *Sicut tentorium pastoris, Jes. 38.12, cum ' paragogico, propter quod abjecta tertia radicalis* ה. *Quidam putant deesse Mem plurale, pro* רֹעִים, *ut suprà fuit* רֳמֻנִי. *Est & Affixum Pronomen*, רֹעִי *Pastor meus, Psal. 23.v.1. Fœmininum* רֹעָה *Vide infrà in* רעע. *Imper.* רֹעוּ *Consociamini, Jes. 8.9, juxta R. Salomon. & Chaldæum: vide etiam in* רָעַע. *Futur.* תִּרְעוּהוּ אֶת־עַמִּי *Pasces populum meum, 2. Sam. 5.2:* יִרְעוּךְ קָדְקֹד *depascunt tibi verticem, Jer. 2.16: Hebræi*, Conterent, Confringent, *ex significatione* רָעַע. *Pihel Præterit.* אֲשֶׁר רֵעָה לוֹ *Quem consociaverat sibi, Jud. 14.20. Hiphil Futurum,* וַיִּרְעֵם *Et pavit eos, Psalm. 28.72; quædam exemplaria habent Chirek sub ', quasi ex Kal. Hithpahel Futurum per Apocopam* אַל־תִּתְרַע אַף *Ne amicitiam cola, Cum domino iræ. id est, iracundo, Pro. 22.24, pro* תִּתְרָעֶה.

רַע *m.* Amicus, Socius, Proximus: *formam habet ex Quiescentib. secunda radicali:* בְּכָל־עֵת אֹהֵב הָרֵעַ *Omni tempore diligit, qui amicus est Prov. 17.17: Aff.* רֵעֲךָ וְרֵעַהּ *Amicum tuum & amicum patris tui ne relinquas, Pro. 27.10, ubi* ה *in altero redundat juxta Masorethas:* אִישׁ אֶל־רֵעֵהוּ *Quisq; ad proximum suum, id est, alter alteri, Gen. 11. vers. 3. Est etiam ex usu linguæ Chaldaicæ,* Cogitatio, Voluntas: בַּנְתָּה לְרַעְיָ *Intelligis cogitationem meam, Psalm. 139.2:* עַל־רֵיעֲכֶם *Contra amicum vestrum, Job. 6.27, hîc apparet ' quasi à* רוּעַ *vel* רִיעַ *ex genere Quiescentium secundâ: Plural.* רֵעִים רַבִּים *Amici multi, Jerem. 3.1: Aff.* מַה־יָּקְרוּ רֵעֶיךָ *Quàm pretiosæ sunt*

cogita-

cogitationes tuæ, Psal.139. v.17: אֹהֲבַי וְרֵעָי *Amici mei & Proximi mei, Psal.38.18: Fœmininum,* וְרֵעָתַי *Et amica mea, Jud.11.37.*

רֵעַ *m.* Amicus: רֵעֵה דָוִד *Amicus Davidis, 2.Sam.15. 37. retinet Sagol in constructione præter morem.*

רְעִי *m.* Pascuum, *1.Reg.4.22.*

רַעְיָה *f.* Amica: *Aff.* רַעְיָתִי *Amica mea, Cant.1.9.*

רֵעוּת *f.* Amica, Proxima: *Aff.* מֵאֵת רֵעוּתָהּ *A proxima sua, Exod.11.2:* לְרֵעוּתָהּ *Proximæ ejus, Esth.1.v.19. Et secundum aliam significationem,* Afflictio, Depastio, *Eccles.1.14. quæ significatio est à* רעע, Conterere, *unde Chaldæus reddit* תְּבִירָא Confractio. *Sic & sequens Nomen.* Chaldaicè וּרְעוּת מַלְכָּא Et voluntatem regis, *Esr.5.17.*

רַעְיוֹן *m.* Depastio, Afflictio *Eccles.1.17.* Chald. *Cogitatio:* unde Plural.constructum, וְרַעְיוֹנֵי לִבְּךָ Et cogitationes cordis tui, Dan.2.ver.30: Aff. רַעְיוֹנֶיךָ Cogitationes tuæ, Dan.2.v.29: רַעְיוֹנַי יְבַהֲלֻנַּנִי Cogitationes meæ perturbant me, Dan.7.28: וְרַעְיוֹנֹתָיו Et cogitationes ejus, Dan.4.16.

מֵרֵעַ *m.* Amicus, Socius, Sodalis: *Aff.* מֵרֵעֵהוּ *Amicus ejus, Gen.26.26:* לְמֵרֵעֵהוּ *Sodali suo, Jud.14.v.20. Et Mem cum Scheva,* מִרֵּעֵהוּ רָחָקוּ *Quisq; sociorum ejus procul absunt ab illo, Prov.19.7, potest plurale esse per defectum literæ ante Affixum: Plurale* מֵרֵעִים *Socii, Sodales, Jud.14.11. Vide suprà in* רוע.

מִרְעֶה *m.* Pascuum, *Gen.47.4: Construct.* מִרְעֵה עֲדָרִים *Pascuum gregum, Jes.32.14.*

מַרְעִית *f. idem: Aff.* עַם מַרְעִיתוֹ *Populus pascuæ ejus, Psal.95.7.*

רָעַל Horrere, Tremere. *Chaldæum est, unde* רְכוּבִין דְּרָעֲלָן *Genua trementia, Jesa.35. vers.3.*

Hophal, Præterit. הָרְעָלוּ *Horridè agitatæ ſunt, Tremere factæ ſunt, Nah. 2. 8.*

רַעַל *m* Horror, Tremor: סַף־רַעַל *Ut pelvem horroris, Zach. 12. 2: Ab. Eſra,* Stuporis.

רְעָלוֹת *f. p.* Bracteolæ, *Jeſ. 3. 19, quæ collaribus, vittis ac peplis mulieribus addi ſolent, ſic dictæ, quòd ſemper Tremulæ appareant. Synecdochicè* Peplum, Velum, *quo faciem velant, & bracteolis ornatũ eſſe ſolet: tenue etiam, ac facile mobile & tremulum.*

תַּרְעֵלָה *f.* Horror: יֵין תַּרְעֵלָה *Vinum horroris, Pſal. 60. 5. Jeſ. 51. 17.*

רָעַם Tonare, Intonare, Fremere, Perſtrepere, Perſonare, Cõmoveri, Percelli: *Pr.* רָעֲמוּ פָּנִים *Percelluntur vultu Ezech. 27. 35. Futurum,* יִרְעַם הַיָּם *Perſtrepet mare, Pſal. 96. 11. Hiphil Præt.* אֵל הַכָּבוֹד הִרְעִים *Deus gloriæ intonat, Pſal. 29. 3. Infinit.* בַּעֲבוּר הַרְעִימָה *Ut ad fremitum commoveret eam, 1. Sam. 1. 6. Futurum,* בַּשָּׁמַיִם יַרְעֵם *In cælis intonabit, 1. Sam. 2. 10.*

רַעַם *m.* Tonitru, *Pſal. 81. 8:* רַעַם שָׁרִים *Tonitru principum, Job. 39. 28:* וְרַעַם גְּבוּרָתוֹ *Et tonitru potentiæ ejus, Job. 26. 14: Aff.* קוֹל רַעַמְךָ *Vox tonitru tui, Pſal. 77. 19.*

רַעֲמָה *f. idem Job. 39. 22.*

רָעַן *Pihel* רַעֲנֵן Virеſcere. *Præter.* וְכִפְתּוֹ לֹא רַעֲנָנָה *Et ramus ejus non virеſcet, Job. 15. 32.*

רַעֲנָן *m.* Virens, Viridis: עֵץ רַעֲנָן *Arbore viridi Deut. 12. 2:* כְּאֶזְרָח רַעֲנָן *Ut Laurus virens, Pſal. 37. 35.* Chald. וְרַעֲנָן בְּהֵיכְלִי Et virens in palatio meo, Dan. 4. v. 1. *Plural.* דְּשֵׁנִים וְרַעֲנַנִּים יִהְיוּ *Pingues & virentes erunt, Pſal. 92. 15. Fem.* עַרְשֵׂנוּ רַעֲנָנָה *Lectus noſter virens eſt, Cant. 1. 16.*

רָעַע Chald. *Fregit, Confregit, Contrivit:* Futur. יִרְעַע וְתַרְעֵ Comminuet & confringet, Dan. 2. 40.

2.40. In Targum Verbum frequens est, factum ex Hebræo, רָצַץ, literis צ & ע permutatis. Pahel Part. דִּי־מְרַעַע Quod confringit, Dan. 2. v. 40. *Præt. Heb.* וְרָעוּ דָלִיּוֹתָיו *Et frangent propagines ejus, Jer. 11. 16, ubi Kametz compensativum est ejecti Dagesch: aliàs etiam à* רָעָה *est, & tum habet Kametz analogum. Infinit. cum* ה *paragogico,* רָעֹה תִתְרַעֲעָה *Confringendo confringet se terra, Jes. 24. 19, pro,* רוֹעַ *ut accentus in penultima indicat: inde per crasin,* רַע יֵרוֹעַ *Confringendo confringetur, Prov. 11. 15. Imper.* רֹעוּ *Confringimini, juxta Ab. Esram, Jes. 8. 9; vide etiam suprà in* רָעָה. *Futur.* תְּרֹעֵם *Confringes eos, Psalm. 2. 9:* יָרוֹעַ *Conteret, Job. 34. v. 24:* הֲיָרוֹעַ *Num fracturum esset, Jer. 15. 12. Niphal Futur.* יֵרוֹעַ *ut paulò antè. Fuit idem quoq; in* רוּעַ: *vide illic in Niphal. Hithpahel Præterit.* הִתְרַעֲעָה *ut paulò antè. Alias significationes, quæ ex hac forma esse possint, vide in* רָעָה *&* רִיעַ.

רוֹעַ *m.* Fractus, Confractus: *Fœmin.* שֵׁן רֹעָה *Dens confractus, Prov. 25. 19. Fuit & eadem forma antea in Infinitivo.*

רָעַף Stillavit, Destillavit: *Futurum,* יִרְעֲפוּ־טָל *Stillabunt rorem, Prov. 3. 20. Job. 36. 28. Hiphil Imper.* הַרְעִיפוּ *Destillate, Jes. 48. 8.*

רָעַץ Confregit: *Futur.* תִּרְעַץ אוֹיֵב *Confregit inimicum, Exod. 15. vers. 6:* וַיִּרְעֲצוּ *Et confregerunt, Jud. 10. 8.*

רָעַשׁ Movere, Commovere se; Moveri, Commoveri, Concuti, Contremiscere: *Præter.* רָעֲשׁוּ שָׁמַיִם *Commovebuntur cæli, Joel. 2. 10:* רָעֲשָׁה בָּל הָאָרֶץ *Commota est universa terra, Jer. 8. 16. Participium* וְהִנֵּה רֹעֲשִׁים *Et ecce tremebat, Jer. 4. 24. Niphal Præt.* נִרְעֲשָׁה הָאָרֶץ *Commota est terra, Jerem. 50. vers. 46.*

Hiphil Præter. הִרְעַשְׁתָּה אֶרֶץ *Commovisti terram, Psal. 60.4: Partic.* וַאֲנִי מַרְעִישׁ *Et ego commoturus sum cælum & terram, Hag. 2.7.*

רַעַשׁ *m.* Commotio, Concussio, Motus terræ, *per Synecdochen, ut Amos 1.1. Zach. 14.5:* וְקוֹל רַעַשׁ גָּדוֹל *Et sonum concussionis magnæ, Ezech. 3.13.*

רָפָא Sanavit, Curavit, Medicatus est: Sanatus fuit. *Construitur cum Dativo & Accusativo: Sæpe etiam cum sequente Radice formam commutat. Præter.* וְרָפָא לוֹ *Et sanitas obveniat ipsi, Jes. 6.10:* רְפָאתִים *Sanavi eos, Hos. 11.3. Part. præsens,* הָרֹפֵא לְכָל־תַּחֲלוּאָיְכִי *Qui sanat omnes infirmitates tuas, Psal. 103.v.3: Transit & in Nomen.* Medicus: *Plur. Constr.* רֹפְאֵי אֱלִל *Medici nihili. Job. 13.4. Imp.* רְפֵה שִׁבְרָיְהּ *Cura fractionis ejus, Psal. 60.4, cum* ה *loco* א. *Et sic Futur.* וְיָדָיו תִּרְפֶּינָה *Et manus ejus medicantur, Job. 5.18. Niphal. Præt.* נִרְפָּא לָנוּ *Fit curatio nobis, Jesa. 53.5: fœm.* וְלֹא נִרְפְּתָה *Et non est curata Jer. 51.9, ex forma sequentis Radicis. Sic Infin.* לְהֵרָפֹא *Curari, Jer. 19.11: sic Futurum,* וַיֵּרָפּוּ הַמַּיִם *Et sanatæ sunt aquæ istæ, 2. Reg. 2.22. Pihel Præteritum,* רִפֵּאתִי לַמַּיִם הָאֵלֶּה *Sanavi aquas istas, 2. Reg. 2.21. Infin. cum Futuro,* וְרַפֹּא יְרַפֵּא *Curando curato, Exod. 21.19. Hithpahel Infin.* לְהִתְרַפֵּא *Ad curandum se, 2. Reg. 8.29.*

רְפָאוֹת *f.* Sanatio, *Pro. 3.8.*

רְפוּאָה *f.* Curatio, Medicamentum, Medela, Sanatio: *Plur.* רְפָאוֹת *Jer. 30.13.*

רְפָאִים *m.p. vide in* רָפָה.

מַרְפֵּא *m.* Medicina, Sanatio, Curatio, *Prov. 4.v.22. & 6.15. Est etiam cum* ה, לְעֵת מַרְפֵּה *Tempus sanationis, Jer. 8.15.*

תְּרוּפָה *f. vide in* רוּף.

רָפַד Stravit, Subſtravit: *Futur.* יִרְפַּד חָרוּץ *Subſternit exacutum, Job 41.21: vide* חָרַץ. *Pihel Præteritum,* רִפַּדְתִּי צוֹעִי *Straviſtrata mea, Job.17.v.13. Imper.* רַפְּדוּנִי *Subſternite mihi, Cant.2.5, ſcil.mala iſta, ut ipſorum fragranti odore recreer. Aben Eſra ſcribit, Arabicè idem eſſe quod* חזקוני Confortate me.

רִפְדָה *f.* Stratum: *Aff.* רִפְדָתוֹ *Stratum ejus, Cant. 3. verſ.10,*

רָפָה Remittere, Remiſſum eſſe, Remitti, Deſiſtere, Deficere: *Conſtruitur abſolutè & cum Præpoſit.* מִן. *Præterit.* רָפָה הַיּוֹם *Remittit dies, Jud.9. 15:* רָפוּ יָדֵינוּ *Remiſſæ ſunt manus noſtræ, Jer.6.24. Futur.* וְחַשַּׁשׁ לָהַבָה יִרְפֶּה *Et cremium flammâ deficit, Jeſ.5.24:* וַיִּרֶף מִמֶּנּוּ *Et deſtitit ab eo, Exod.4.v.26, per Apocopam. Niphal Particip. plur.* כִּי נִרְפִּים הֵם *Quia deſides ſunt, Exod.5.8. Pihel* רִפָּה Remiſſum, Debile reddidit, Debilitavit, Deſtituit, Deficere fecit: *Præter.* וְמָוְתַי אֲפִיקִים רִפָּה *Et zonâ validos deſtituit, Job.12.21. Part.* מְרַפֵּא *Remiſſas reddit, Jer.38.4. Futurum,* תְּרַפֵּינָה *Remittebant alas ſuas, Ezech.1.24. Hiphil* הִרְפָּה Deſiſtere, Abſiſtere, Sinere, Remittere, Dimittere: *Imper.* הַרְפֵּה מִמֶּנִּי *Deſiſte à me, Jud.11.37:* הַרְפֵּה־לָהּ *Sine eam, 2.Reg.4.ver.27: per Apocopam,* הֶרֶף מִמֶּנִּי *Deſiſte à me, Deut.9.14. Hithpahel Præteritum* הִתְרַפִּיתָ *Si remiſſè te geſſeris, Prover.24.10. Partic.* מִתְרַפֶּה בְּמַלַאכְתּוֹ *Remiſſè ſe gerens in opere ſuo, Pro.18.10: Plurale* מִתְרַפִּים *Remiſſi eſtis, Joſ.18.3.*

רָפֶה *m.* Remiſſus, Debilis, *Num.13.19: Conſtructum,* וְרִפֵּה יָדַיִם *Et remiſſus manibus, 2.Sam.17.2. Fœm.pl.* חִזְקוּ יָדַיִם רָפוֹת *Confirmate manus remiſſas, Jeſ.35.3.*

רָפָא רְפָאִים *m.* Gigas, *2.Sam.21.16.18, ſic dictus, quòd horrendâ ſaturâ ſuâ aliorum animos Debilitaret, & Re-*

missos redderet. Inde Rabbi Bechai scribit, Deuter.2. נקראים רפאים על שם שכל חרואה אותם ידיו מתרפות Id est, Vocantur רפאים, propterea quod quicunq; eos aspiceret, manus ejus remissæ fierent, metu scil. unde & אֵימִים vocantur. Sæpius est רָפָא 1.Par.20. ver.8: Plur. רְפָאִים Gigantes, Deuter.2.11: item Mortui, vitæ expertes, in quibus virtus vitalis Defecit, Psal.88.11. Est & populorum nomen, Gen.14.5.

רִפּוֹן m. Remissio, Jer.47.13.

רָפַס Conculcavit; Conturbavit, Perturbavit, cùm ad aquas refertur. Futur.cum ש, וַתִּרְפְּשׁ נַהֲרֹתָם Et perturbas flumina illarum, Ezech.32. ver.2: תִּרְפְּשׁוּן Conculcatis, Ezech.34.18. Chald. Particip. fœm. בְּרַגְלַיהּ רָפְסָה Pedibus suis conculcabat, Dan. 7. v.7. Niphal Partic. מַעְיָן נִרְפָּשׁ Fons conculcatus, id est, pedibus conturbatus, Pro.25.26. Hithpahel הִתְרַפֵּס Subjicere, Submittere se, & quasi calcandum se præbere. Partic. מִתְרַפֵּס Se subjiciens, Psalm.68.31. Imper. הִתְרַפֵּס Subjice te, Pro.6.3.

מִרְפָּשׁ m. Conturbatio, Conturbatū; וּמִרְפַּשׁ רַגְלֵיכֶם Et conturbationem pedum vestrorum, Ezech.34.19, id est, aquam turbidam.

רִפְסָדָה f Ratis, connexarum trabium compages: Plural. רִפְסֹדוֹת Rates, 2.Par.2.16.

רפק Hithpahel הִתְרַפֵּק Associare, Adjungere se, Adhærere Particip. מִתְרַפֶּקֶת עַל דּוֹדָהּ Associans se amicæ suæ, Cant.8.v.5. R.Salomon & Aben Esra, מתחברת: Uterq; scribit, Arabibus hoc sensu esse familiare, & inde רפקתא, id est, חבורה Societas.

רֶפֶשׁ m. Cœnum, Lutum: גָּרְשׁוּ מֵימָיו רֶפֶשׁ וְטִיט Expellent aquæ ejus cœnum & lutum, Jes.57.20. רַפָּשׁ Quæ hinc sunt, vide suprà in רפס.

רֶפֶת m. Bovile: *Plurale,* וְאֵין בָּקָר בָּרְפָתִים *Et non erant boves in bubilibus, Abac.3.17.*

רָצָא Cucurrit: *Infinit.* וְהַחַיּוֹת רָצוֹא *Et animalia currendo, pro Currebant, Excurrebant, Ezech. 1.14: idem est quod* רוּץ.

רָצַד *Pihel* Dejicere, Deprimere se; *vel, ut quidam volunt,* Exilire, Exultare: *Futurum* לָמָּה תִרְצָדוּן *Ut quid dejicitis, humiliatis vos, Psalm.68.17, juxta Ab. Esram: Targum & alii,* Exilitis.

רָצָה Velle, Benè velle, Benevolum esse, Benevolè prosequi; Benevolè-accipere vel Acceptare; Gratum, Acceptum esse vel habere, Acquiescere, Beneplacitum habere in aliquo, Delectari re aliqua: *Item* Perficere, Complere, Absolvere, Exsolvere, *quòd in iis Acquiescamus. Construitur cum Accus. & Præpos.* ב: *quandoq; cum* עִם. *Præter.* בִּי רָצָה *Me voluit, 1.Paral.28.4:* וְרָצִתִי אֶתְכֶם *Acceptos habebo vos, Ezech.43.27, cum* א *in medio, loco* י. *Partic.* רֹצֶה יְהוָה בְּעַמּוֹ *Benevolus est Dominus erga populum suũ, Psal.149.4. Part. præteritum sive Pahul,* רָצוּי לְרֹב אֶחָיו *Acceptus multitudini fratrum suorum, Esth.10.3: Constr.* רְצוּי אֶחָיו *Acceptissimus fratrum suorum, Deuter.33.24. Futur. per Apocopam,* וַתִּרֶץ עֲמוֹ *Acquievit in eo, Psalm. 50.18:* עַד־יִרְצֶה כְשָׂכִיר יוֹמוֹ *Usq; dum absolverit ut mercenarius diem suum, Job 14.v.6:* יִרְצוּ אֶת־עֲוֹנָם *Acceptent iniquitatem suam, Levit.26.41.43, id est, pœnam iniquitatis ue, vel juxta Aben Esram, Absolvant & exsolvant iniquitatem suam, datis sc. pœnis:* וְאַחֲרֵיהֶם בְּפִיהֶם יִרְצוּ *Et posteri ipsorum in ore ipsorum acquiescunt, Psal.49.14, id est, dicta consiliaq; approbãt. Niphal Prat.* נִרְצָה עֲוֹנָהּ *Acceptata est iniquitas ejus, id est, expiatio iniquitatũ, Jes.40.2: vel Absoluta, exsoluta est iniquitas ejus, juxta*

Hebraos: וְיֵרָצֶה־לוֹ *Ut sit acceptum ipsi, Levit.1. vers.4. Futurum,* לֹא יֵרָצֶה *Non erit acceptum, Levit.7.8. al.18. Pihel Futurum* יְרַצּוּ דַלִּים *Gratificantur tenuibus, Benevolè habent tenues, Job.20.v.10. Hiphil* וְהֵרְצָה אֶרֶץ שַׁבְּתֹתֶיהָ *Et perficiet (terra) sabbatha sua, Levit.26.34, juxta Ab. Esram: vel, Acquiescet in sabbathis suis. Est autem vox contracta, pro* וְהֵרְצָתָה *cui simile vide in* נֶהֱרַס *in Hophal. Hithpahel Futurum,* בַּמֶּה יִתְרַצֶּה אֶל אֲדֹנָיו *Quanam in re benevolentiam conciliabit sibi apud dominum suum? 1.Sam.29.4.* מִתְרָצֶה Conciliatus, Contentus, *Rab.*

רָצוֹן *m.* Voluntas, Benevolentia, Beneplacitum, Studium: שָׁבַע רָצוֹן *Statur beneplacito, Deut.33.v.23:* יַעֲלוּ עַל־רָצוֹן מִזְבְּחִי *Ascendent ad beneplacitum altare meum, Jes.60.7, pro* לְרָצוֹן עַל מִזְבְּחִי *Constr.* רְצוֹן יְרֵאָיו *Voluntatem timentium se, Psalm.145.19: Aff.* חַיִּים בִּרְצוֹנוֹ *Vita est in benevolentia ejus, Psal.30.6.*

רָצַח Occîdit, *& dicitur tantùm de homine. Præter.* וְרָצַח *Et occiderit, Num.35.27:* וּרְצָחוֹ נָפֶשׁ *Et occiderit eum animâ, Deuter.22.26, id est, percusserit ipsum, adeo ut vitam amittat. Niphal Particip.* הָאֲשָׁה הַנִּרְצָחָה *Mulieris occisæ, Jud.20.v.4. Futur.* אֵרָצֵחַ *Occiderer, Prov.22.13. Pihel Part. loco Nominis* מְרַצֵּחַ Occisor, Homicida, *2.Reg.6.v.32: Plur.* מְרַצְּחִים *Homicidæ, Jes.1.21. Futurum,* וְיָתוֹמִים יְרַצֵּחוּ *Pupillos occîdunt, Psalm.94.v.6. Pyhal Futur.* תְּרֻצָּחוּ *Occidemini, Psalm.62.4, & Kametz sub Resch est Kametz chatuph, loco Kibbuz: Masorethæ notant, Filium Naphthali, hoc est, Orientales Judæos legere* תְּרַצָּחוּ *per Pathach sub Resch, & tunc est ex Pihel,* Occidetis.

רֶצַח *m.* Occisio, *Ezech.21.v.22: Item* Gladius, Sica: *occisionis instrumentum:* בְּרֶצַח בְּעַצְמוֹתַי *Cum gladio in*

ossa

ossa mea scilicet penetrant, Psal. 42. v. 11. Kimchi in Com. scribit רָצַח *hîc significare* Gladium occisoris: *Chald. R. Salomon & Ab. Esra,* Quasi occisio, transfixio vel vulneratio est, & ב *accipiunt loco* כ *similitudinis. Sive hoc sive priori modo accipiatur, comparationis nota semper subaudienda est.*

רָצַע Perforavit: *Præterit.* וְרָצַע אֲדֹנָיו אֶת־אָזְנוֹ *Et perforabit dominus ipsius aurem ejus, Exod. 21. ver. 6.*

מַרְצֵעַ *m.* Subula, *à Perforando dicta, Deut. 15. 17.*

רָצַף Stravit: *Partic. Pahul,* תּוֹכוֹ רָצוּף אַהֲבָה *Interius ejus stratum est amore, Cant. 3. 10.*

רִצְפָּה *f.* Pavimentum, *Ezech. 42. 3: item* Pruna, Carbo, *Jesa. 6 6: Constructum,* עַל־רִצְפַּת בַּהַט *Super pavimentum porphyreticum, Esth. 1. 6: Plurale masc.* רִצְפִּים *Carbones, 1. Reg. 19. 6.*

מַרְצֶפֶת *f* Pavimentum, *2. Reg. 16. 17.*

רָצַץ Quassavit, Conquassavit, Confregit, Contrivit, Concussit: *Præt.* וְלֹא רַצּוֹתָנוּ *Neq. concussisti nos, 1. Sam. 12. 4:* אֶת־מִי רָצוֹתִי *Quem concusserim, v. 3. Particip.* הָרֹצְצוֹת אֶבְיוֹנִים *Quæ conteritis egentes, Amos 4. 1. Futur.* וַיֵּרֶץ מִשָּׁם *Et concussit ea inde, 2. Reg. 23. v. 12:* וְתָרֻץ *Et confringitur, Eccles. 12. 6, juxta Kimchium & Ab. Esram Quidam, Et excurrit, quasi à* רוּץ *deductum:* וְלֹא יָרוּץ *Neq. quassabit, Jes. 42. 4, cum Schurek loco Cholem, cui simile vide in* שָׁדַד. *Fortè plura hujus significationis & formæ non occurrunt: alia ergo ad* רוּץ *pertinebunt. Niphal Præterit.* וְנָרוּץ *Et discumpitur, Eccles. 12. v. 6. Futurum.* תֵּרוֹץ *Confringeris, Ezech. 29. v. 7. Pihel Præt.* כִּי רִצַּץ *Quia quassavit, Job. 20. 19:* רִצַּצְתָּ רָאשֵׁי לִוְיָתָן *Conquassasti capita balænæ, Psalm. 74. v. 14. Futurum,* וַיְרַצֵּץ *Et conquassabat,*

2.Par.16.10. וַיְרֹצְצֵם *Et conquaſſaverant, Jud.10.8: in alia ſignificatione, vide hanc vocem in* רוּץ.

רֶץ *m.* Fruſtum, Fragmen: *Plur. Conſt.* פְּרַצֵי כֶסֶף *Cum fragminibus argenti, Pſalm.68.31.*

רָקַב Putridum eſſe, Putreſcere: *Fut.* לֹא יִרְקַב *Nõ putreſcit, Jeſa 40.20:* וְשֵׁם רְשָׁעִים יִרְקָב *Nomen improborum putreſcet, Prov.10.7.*

רָקָב *m.* Putredo, *Hab.3.16: Conſtr.* וְרִקָּב עֲצָמוֹת *Et putredo oſſium, Prov.14.30.*

רִקָּבוֹן *m. idem, Job.41.18.*

רָקַד Saliit, Subſiliit, Saltavit: *Præteritum,* הָהָרִים רָקְדוּ *Montes ſubſilierunt, Pſalm. 114. v.4. Infinitiv.* וְעֵת רְקוֹד *Et tempus ſaltandi, Eccleſ 3.4. Pihel Particip.* מְרַקֵּד *Saltans, 1.Par.15.29: Fœminin.* מְרַכָּבָה מְרַקֶּדֶת *Currus ſaliens, Nah.3.2. Futur.* יִרְקְדוּ *Salient, Jeſ.13.ver.21. Hiphil Futur.* וַיַּרְקִידֵם *Exſilire facit eos, Pſalm.29.6.*

רָקַח Condire, Conficere unguenta pigmenta vel condimenta, *miſcendo ea artificiosè, ut Apothecarii ſolent, quaſi* Unguentare *vel* Pigmentare *dicas. Part. vel Nomen participiale* מַעֲשֵׂה רֹקֵחַ *Opere unguentarii, vel Apothecarii, Exod.30. ver.25.35: Plurale,* רֹקְחֵי הַמִּרְקַחַת לַבְּשָׂמִים *Unguentarii unguenti aromatum, 1.Par.9. ver.30, id eſt, confectores unguenti ex aromatibus. Futurum,* יִרְקַח *Conficiet unguentum, Exod.30.33. Pyhal Particip.* מְרֻקָּחִים *Confecta, 2.Par.16.14. Hiphil Infinit.* הַרְקַח וְהַמְרְקָחָה *Conficiendo confecturam, Ezech.24. ver.10: quidam per Imperativum explicant.*

רֹקַח *m.* Unguentum, Confectura unguentaria, *Exod.30. 25 35.*

רִקָּחֵיךְ *m. idem: plur.* רִקָּחֵיךְ *Unguenta tua, Jeſ.57.9.*

רַקָּח *m.* Unguentarius, Pigmentarius, Apothecarius: *Plur.* בְּנֵי־הָרַקָּחִים *Filius cujuſdam è pigmentariis Neh.3. v.8: Fœm.* לְרַקָּחוֹת *In unguentarias, 1. Sam.8.13.*

רֹקַח *m.* Conditura: אַשְׁקְךָ מִיַּיִן הָרֹקַח *Propinabo tibi de vino condituræ, Cant.8.2.*

מִרְקָחָה *f.* Unguentatio, Conditura, Pigmentum, *Ezech. 24. ver.10. Plurale maſc.* מִרְקָחִים *Pigmenta, Cantic. 5. v.13.*

מִרְקַחַת *f.* Unguentum, *1. Par.9.30.*

רָקַם Acupingere, *arte ſcil. vel opere Phrygionico: Participium loco Nominis,* מַעֲשֵׂה רֹקֵם *Opere acupictoris vel Phrygiano, Exod.26. v.30, & 35.35: vide* חָשַׁב *in Nomine* חֹשֵׁב. *Pyhal Prat.* רָקְמָתִי *Depictus, Artificiosè confectus ſum, Pſalm.139. v.15, metaphora ab acupictoribus ad formationem corporis humani in utero materno tradu&ta.*

רִקְמָה *f.* Acupictum, Opus Phrygionicum, *Jud.5.30: Duale,* רִקְמָתַיִם *Bis Phrygionicum, utraque parte figuratum, ibidem.*

רְקָמוֹת *f.p.* Veſtes, Phrygionicæ, *Pſal.45.15.*

רָקַע Expandit, Diſpandit: *item,* Plaudere, Percutere, *locutione ab iis deducta, quæ tundendo & percutiendo diſtenduntur, ut pavimenta lutea: Particip.* רֹקַע הָאָרֶץ *Expandens terram, Jeſa.42.5: Infinit.* וְרַקְעֲךָ בָרֶגֶל *Et plaudere te pede, Ezech.25. v.6. id eſt, eo quòd complodis, plaudis. Imp.* וּרְקַע *Et plaude, Ezech.6.11. Futurum,* אֶרְקָעֵם *Diſpandam eos, 2. Sam.22. verſ.43. Pihel Futurum,* וַיְרַקְּעוּ אֶת־פַּחֵי הַזָּהָב *Diduxerunt, Extenderunt bracteas auri, Exod.39.3. Pyhal Particip.* כֶּסֶף מְרֻקָּע *Argentum du&tum, Jere.10.9. Hiphil Fut.* תַּרְקִיעַ *Expandes, Job.37.18.*

רָקִיעַ *m.* Expanſum, *cæli ſcil. in latum diductio & ex-*

tenſio, quod Graeci dixerunt στερέωμα, Latini Firmamentum. Gen.1.6: Conſtructum, רְקִיעַ הַשָּׁמַיִם Expanſi caelorum, v.20.

רְקָעִים m.p. Diductiones: Conſt. רִקְעֵי פַּחִים Diductiones bractearum, Num.16.38, id eſt, laminas ductiles.

רָקַק Spuere, Deſpuere, quod ab affini Verbo יָרַק mutuatur: Futur. יָרֹק Deſpuerit, Levit.15.8. Ex Hiphil quidam deducunt אַרִיקֵם Friabo, Extenuabo eos, Pſalm.18.v.43, ut Dageſch in Vocalem longam ductum ſit. Aben Eſra ſcribit eſſe ex ſignificato Nominis ſequentis רַקּוֹת Tenues. R. Salom. כְּטִיחַ הַנָּרוֹק שֶׁאֵינוֹ עָב Sicut cementum tenue, quod non eſt craſſum. Erit ergo רקק Attenuare, Tenue reddere, & ſpuendi ſignificatum ex Nomine efformatum. Vide ſuprà in רִיק.

רֹק m. Sputum, Saliva, Job.30.10: Aff. עַד בְּלָעִי רֻקִּי Donec deglutiam ſputum meum, Job.7.19.

רַק Tantùm, Tantummodò, Duntaxat, particula Extenuandi, Geneſ.20.11. & 19.8: הֲרַק אַךְ An tantummodo duntaxat, Numer.12.2, pleonaſmus ad magis extenuandum, vide אַךְ.

רָקָה f. Tenuis, unde Plurale, רַקּוֹת בָּשָׂר Tenues carne, Gen.41.3: הַפָּרוֹת הָרַקּוֹת Vaccae tenues, v.20.

רָקָה f. Tempus, pars capitis: Aff. רַקָּתוֹ Tempora ejus, Jud.5.v.26.

רָקִיק m. Laganum, placenta Tenuis, Exod.29.23. Plur. Conſtruct. וְרִקִּיקֵי מַצּוֹת Et lagana azymorum, id eſt, azyma, v.2. Apud Rabbinos, Tenue, Tranſparens, Pellucidum, Diaphanum.

רְשׁוּן רְשׁוּת m. Facultas, Licentia, Eſr.3.7, pro quo Rabbini dicunt רְשׁוּת.

רְשַׁם Chald. Exaravit, Conſignavit: Praeterit. רְשַׁם כְּתָבָא Conſignavit ſcripturam, Dan. 6.9:

6.9: מֵת F חֲלָא א Nónne edictum exarati, v.12. Partic. רָשַׁי ר sive præteritum, רְשִׁים Exaratum, v.10. P Peh וּתְרַשֵּׁם Et consignabis, v.8. *Hebraïce Participip. Panul:* רָשׁוּם *Exaratum. Dan.10.21.*

רוֹשֶׁם Descriptio, Annotatio, Nota, Signatura *apud Rab.*

רָשַׁע Improbum esse, Improbè se gerere, Improbè agere vel facere. *Construitur absolutè & bis cum Præpos.* מִן. *Præter.* וְלֹא רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי *Neque improbè egi à Deo meo, 2. Sam.22.4. Psalm.18.22. id est, defeci vel averti me per improbitatem à Deo meo Nam* רֶשַׁע הוּא הִנָּטוֹת מִדֶּרֶךְ הַרְאוֹי וְהַצְדֵק הַהֲלִיכָה בְּדֶרֶךְ הָרְאוּי *Id est Improbitas est declinatio ab eo quod decet & justum est, & probitas est incessus in via recta & convenienti, scribit hîc R. Levi.* אִם רָשַׁעְתִּי *Si improbus sim, Job.10.15. Hiphil* הִרְשִׁיעַ Improbum fecit seu pronũciavit, Improbavit, Damnavit, Condemnavit: *& interdum* Improbè agere. *Item* Inquietavit, Exagitavit. *Præter.* הוּא הִרְשִׁיעַ לַעֲשׂוֹת *Ipse improbè egit faciendo, 2. Par.20 v.35. id est, impiissimè se gessit:* וְהִרְשִׁיעוּ אֶת־הָרָשָׁע *Et improbum pronunciabunt eum qui improbus est, Deut.25.1. Particip. plur. constr.* מַרְשִׁיעֵי בְרִית *Improbè agentes fœderis, id est, in vel contra fœdus, Dan.11.ver.32. Futurum,* יִרְשַׁע *Inquietabat; 1.Sam.14. v.47:* וְהוּא יַשְׁקִיט וּמִי יַרְשִׁיעַ *Ipso tranquillante, quis inquietabit? Job.34.29.*

רָשָׁע *m.* Improbus, ἀσεβής. *Gen.18.23: Plur.* בַּעֲצַת רְשָׁעִים *In consilio improborum, Psalm.1. v.1, ubi Ab. Esra scribit; Improbos sic dictos, quasi Inquietos, qui nunquam in eadem constitutione permanẽt, juxta illud; Et improbi sunt ut mare propulsum. Jesa.57.20, & juxta præcedentia duo loca, ubi Inquietare significat, quasi hæc sit prima Verbi*

significatio. At hæc inquietudo potius est effectum improbitatis sive aversionis à Deo ejusque Verbo, & provenit ab eo Spiritu, qui eos agitavit, ut à Deo declinarent: מְרִשָּׁעִים יֵצֵא רֶשַׁע *Ab improbis egreditur improbitas, 1. Sam. 24. 14: Constructum* רִשְׁעִי אֶרֶץ *Improbi terræ, Psal. 55. 9. Fœm.* רִשְׁעָה *Improbæ, Ezech. 3. 18.*

רֶשַׁע *m.* Improbitas, *ut paulo antè: Affix.* וְאֶל־רִשְׁעוֹ *Et ad improbitatem ejus, Deut. 9. 27. Fœmin.* רִשְׁעָה *idem, Jesa. 9. 18: Constructum,* וְרִשְׁעַת הָרֶשַׁע *Et improbitas improbi, Ezech. 18. 20.*

מְרִשַׁעַת *f.* Improba, *Improbè segerens, 2. Par. 24. 7, habet vim Participii*

רֶשֶׁף *m.* Pruna ignita, Scintilla; *metaphoricè* Anthrax, *inflammatio vel morbus ardens:* וְחֻמֵּי רֶשֶׁף *Et exesi anthrace, Deut. 32. 24, Sic Hab. 3. 5:* וּבְנֵי רֶשֶׁף *Et filii prunæ, id est, scintillæ, Job. 5. 7: Plurale.* לְרִשְׁפֵּי־קֶשֶׁת *Prunis ignitis, Psalm. 78. 48. Constr.* רִשְׁפֵי קֶשֶׁת *Scintillas arcus. Ps. 76. 4, id est, scintillantes sagittas: Affix.* רִשְׁפֶיהָ רִשְׁפֵי אֵשׁ *Prunæ ejus prunæ ignis sunt, Cant. 8. 6.*

רשש *Pyhal* רֻשַּׁשְׁנוּ Depauperari. *Præter.* רֻשַּׁשְׁנוּ *Depauperati sumus, Malach. 1. v 4: convenit cum* רוּשׁ *ubi vide reliqua, quæ hinc esse possint.*

רֶשֶׁת *f.* Rete, *Psalm. 57. ver. 7:* וְרֶשֶׁת פָּרוּשָׂה *Et rete expansum, Hos. 5. v. 1: Affix.* וְרִשְׁתּוֹ *Et rete illius, Psalm. 35. v. 8. Quidam deducunt à* ירשׁ, *quod capta Possideat & retineat.*

רתח *Pihel* Fervefecit, *Imperat.* רַתֵּחַ רְתָחֶיהָ *Fervefac fervefactiones ejus, Ezech. 24. ver. 5, id est, fac ut vehementer ferveant. Pyhal Præterit.* מֻעַי רֻתָּחוּ *Viscera mea effervefacta sunt, Job. 30. 27. Hiphil Futur.* יַרְתִּיחַ כַּסִּיר מְצוּלָה *Fervefacit tanquam ollam, profundum, Job. 41. 22.*

רתחים

רְתָחִים *m.p.* Ebullitiones, Fervefactiones: *Aff.* וְרִתְחֵיהֶ *ut paulo antè.*

רָתַם Ligavit, Junxit: *Imp.* רְתֹם הַמֶּרְכָּבָה *Liga vel junge currum, Mich.1.13.*

רֹתֶם *c.* Juniperus: תַּחַת רֹתֶם אֶחָד *Sub junipero quadam, 1.Reg.19.5, & ver.4. fœmin. eſt: Plur.* רְתָמִים *Juniperi, Job.30.4.*

רָתַק *Niphal* נִרְתַּק Concatenari, Catenis jungi aut vinciri. *Futur.* יֵרָתֵק Concatenetur, *Catenæ inſtar jungatur, Eccl.12.6: ſic Maſorethæ legendum tradūt pro* יֵרָחֵק *Procul amoveatur, ut in textu ſcriptum eſt. Tales voces obſervatæ ſunt undecim quæ leguntur per ת, & nō ſunt ſcriptæ per ת: vide Maſoram. Pybal Præt.* רָתְקוּ *Concatenati, Vincti ſunt compedib. Nah.3.10.*

רְתוֹק *m.* Catena: Funis, *Ezech.7.v.23: Plur.* רְתוּקוֹת *Catenæ, 1.Reg.6.21.*

רְתֻקוֹת *f.p. idem, Jeſ.40.19.*

רַתַּת *m.* Tremor, *Hoſ.13. ver.1: propriè Chaldaicum eſt. Nam pro Hebræo* רַעַד *in Targum eſt* וְתִיתָא *Exod.15. ver.15.*

ש

שָׁאַב Hauſit: *Præter.* וּשְׁאַבְתֶּם מַיִם *Et haurietis aquas, Jeſ.12.3. Infinit.* לִשְׁאֹב מַיִם *Ad hauriendum aquas, Gen.24.13.*

מִשְׁאַבִּים *m.p.* Hauſtra, *juxta quoſdam: R. Salom. vult eſſe loca ubi hauriuntur aquæ, Jud.5.11.*

שָׁאַג Rugiit, *leonum proprium, ſed aliis etiam per metaphoram accommodatur: Præt.* אַרְיֵה שָׁאַג *Leo rugit, Amos 3.8:* שָׁאֲגוּ צוֹרְרֶיךָ *Rugierunt hoſtes tui, Pſalm.74 v.4.*

שְׁאָנָה *f.* Rugitus, *Jes.5.29: Construct.* שַׁאֲנַת כְּפִירִים *Rugitus leonum, Zach.11.3: Aff.* דִּבְרֵי שַׁאֲנָתִי *Verba rugitus mei, Psal.22.2.*

שָׁאָה Vastari, *propriè cum tumultu, fragore & irruptione: inde est* Tumultuari. *Præteritum,* שָׁאוּ עָרִים *Vastentur urbes, Jesa. 6.11. Niphal Futur.* תִּשָּׁאָה שַׁמָּמָה *Vastata sit desolutione, ibidem:* יִשָּׁאוֹן *Tumultuantur, Jesa.17.12. Hiphil Infinitiv.* לְהַשְׁאוֹת *Ad vastandum, Jesa.37.26: Contractum hinc* לְהַשּׁוֹת *2.Reg. 19.v.25, quod juxta Masorethas legendum, ut præcedens. In Hithpahel* Stupere, Obstupescere. *Partic.* וְהָאִישׁ מִשְׁתָּאֶה לָהּ *Et vir ille stupens-erat, stupebat ipsi, id est, de vel super ea, Genes 24. v.21, metaphoricè ad animum relatum, quasi animo vastari: similis usus Verbi* שָׁמֵם *vide illic.*

שֹׁאָה *m.* Vastatio tumultuosa, Vastitas, Vastum: שׁוֹאָה וּמְשׁוֹאָה *Vastationem & pervastationem, id est, In locum vastißimum. Const.* וּמִשֹּׁאַת רְשָׁעִים *Et à vastatione improborum, Pro.3.25.*

שְׁאִיָּה *f.* Vastatio, *Jes.24.12.*

שֹׁאָת *f. idem, Thren.3.47.*

שׁוֹאִים *m.p.* Vastationes: *Aff.* מִשּׁוֹאֵיהֶם *A vastationibus sive tumultuationibus ipsorum, Psal 35.17.*

שָׁאוֹן *m.* Tumultuatio, Tumultus, Strepitus: קוֹל שָׁאוֹן *Voce tumultus, id est, tumultuosa, Jes.66.6: Const.* שְׁאוֹן יַמִּים שְׁאוֹן גַּלֵּיהֶם *Strepitum marium, strepitum fluctuum eorum, Psalm.65. v.8: Aff.* וְשַׁאֲנָהּ *Et tumultuatio ejus, Jes.5.14.*

שַׁאֲנָן *m. idem: Aff.* וְשַׁאֲנַנְךָ *Et tumultuatio tua, 2.Reg. 19.28. Sic Chaldæus* אִתְרַגָּשׁוּתָךְ *: & Kimchi deducit à* שָׁאוֹן, *per geminationem literæ* נ, *ad vehementem tumultuationem designandam. Vide etiam* שׁאן.

משואה

מְשׁוֹאָה *f.* Devastatio, Pervastatum, *Job.30.3.*

מַשָּׁאוֹן *m.* Vastitas, Solitudo vasta: תְּנַשֵּׂא שְׁנָאָה בְמַשָּׁאוֹן *Tegitur odium in solitudine, sed retegitur malitia ejus in cœtu. id est, publicè, Prov.26.26. Vide* נָשָׂא.

מַשּׁוּאוֹת מַשְׁאוֹת *f.p.* Vastitates, *Psal.37.18, & 74.3: significatione huc pertinet, ut & Ab.Esra refert, sed propter Dageſch est quasi à* נָשָׂא.

תְּשׁוּאוֹת תְּשֹׁאוֹת *f.p.* Fragores, Acclamationes, Fragoſi clamores, Tumultuationes: תְּשֹׁאוֹת נֹגֵשׁ *Fragoſi clamores exactoris, Job.39.10:* תְּשֹׁאוֹת חֵן חֵן לָהּ *Acclamationes gratiæ, gratiæ ei ſunt, Zach.4.7, phraſis in familiaribus Judæorum ſcriptis uſitatiſsima, quando ſummus alicui gratias agere volunt. Habet autem hoc Nomen formam ex ordine Quieſcentium ſecundâ, quasià* שׁוּא *ſed ſignificatione ad hanc Radicem pertinet.*

שָׁאַט שׁאט Depopulari: Spernere. *Verbum irregulare, origine Chaldaicum. Nam* שׁט *Chaldæis uſurpatur pro Hebræo* בָּזָה Sprevit, contemſit, *Pſal.15.4, & Geneſ.25.34, in utroque Targum, Jonathanis ſcil. & Onkeli. Habet* א *quieſcens, uno tantum loco excepto, quasi protractionis ſit, ut Hebræi loquuntur, & thema habeat* שׁוט *ex ordine Quieſcentium ſecundâ, ſitq; א loco mediæ quieſcentis per imitatione Chaldæorum. Sic* קוֹם & רוֹם *quandoque in medio habent* א *vide illic. Partic.* הַשָּׁאטִים אֹתָם *Qui depopulentur eos, Ezech.28.24: Chaldæus* דְּבָזְזִין *Qui diripiunt eos:* הַשָּׁטִים *vide in* שׁוט: *Fœm.* הַשָּׁאטוֹת אֹתָךְ *Quæ depopulãtur, prædantur te, Ezech.16.57, juxta Kimchium: Chaldæus & R. Salomon, Quæ ſpernunt te.*

שָׁאַט *m.* Contemptus, vel Depopulatio: בְּשָׁאַט בְּנֶפֶשׁ *Cum contemptu in animo, Ezech.25.15, id est, ſummo & ignominioſo contẽptu, vel depopulatione. Sic* בְּשָׁאַט נֶפֶשׁ

Ezech.36.v.5: *Aff.* בְּכָל־שָׁאטְךָ בְּנָפֶשׁ *In toto contemptu tuo ex animo, Ezech.25.5: Chaldæus tribus hisce posterioribus locis* צְפוּחַ Lætitiam *transfert.*

שָׁאַל Rogavit, Interrogavit, Petiit, Expetiit, Consuluit. Quæsivit, Requisivit, Percunctatus est. *Itē* Mēdicavit. *Cōstruitur cum Accus. & Præpositionib.* מִן, מֵאֵת & ל. *Præt.* שָׁאַל אֶת־עַבְדָיו *Interrogaverat servos suos, Gen.44.19:* חַיִּים שָׁאַל מִמֶּךָּ *Vitam petiit à te, Psal.21.5:* וְשָׁאַל־לוֹ *Ut consulat illum, Num.27.21:* וְשָׁאַל בְּקָצִיר *Et mendicat in æstate, Pro.20. v.4:* וְשָׁאֲלָךְ *Et rogaverit te, Iud.4.20, quod est ex terminatione Tzere:* יִשְׁאֲלוּ לְךָ לְשָׁלוֹם *Interrogabunt te pacis, hoc est, valetudinis causâ 1 Sam.10.4, id est, pacificè te salutabunt: vide & 1.Sam.25.5. 2.Sam.8.10.* Chal. Præt. שְׁאַל לְכָל־חַרְטֻמַּיָּא Petiit ab ullo mago, Dan.2.v.10: אֱדַיִן שְׁאַלְנָא Tunc interrogavimus, Esr.5.9. Futur. מִדִּי יִשְׁאֲלִנּוּן Quicquid postulaverint, Esr.7.21, cum ג epentherico. *Niphal* נִשְׁאַל Exorari, Precibus obtinere: *Præterit. cum Infinitiv.* נִשְׁאֹל נִשְׁאַל מְעַמְּדִי *Expetendo expetivit David à me, 1.Sam.20.v.28, id est, obvixè petiit à me, & obtinuit. Similem formam vide in* שלח. נִשְׁאַלְתִּי מִן־הַמֶּלֶךְ *Precibus obtinui à rege, Neh.13.6. Pihel Pr.* וְשִׁאֲלוּ *Et petant, id est, mendicent, Psalm.109.10. Futur.* שָׁאוֹל יִשְׁאֲלוּ *Interrogando interrogabunt, 2.Sam.20.18. Hiphil* הִשְׁאִיל Mutuavit, Commodato dedit petenti. *Præter.* וְהִשְׁאִלְתִּיהוּ לַיהוָה *Et mutuo eum Domino, 1.Sam.1.28, id est, quem precario ab ipso acceperam, nunc rursus ipsi sisto & consecro, ut ipsius minister sit. Futur.* וַיַּשְׁאִלוּם *Commodato dederunt ipsis petentibus, Exod.12.36. Hophal,* הוּשְׁאַל Commodatum, *apud Rabbinos.*

שְׁאוֹל c. Sepulchrum, Infernus. *Sepulchrum autem*

sic a

sic à Petendo & Postulando dictum, quòd ore hiante & dilatato, Jesa.5.14, Habacuc 2.5, repleri expetat, unde & insatiabile dictum, Pro.27.20. & 30.16. Significat autem in genere locum corporum humanorum post mortem, unde communiter pro sepulchro, interdum etiam pro Inferno ponitur. Dicitur etiam de loco infimo, qui altissimo opponitur, Job.11.v.8. Masc. עָרוֹם שְׁאוֹל *Nudum est sepulchrum, Job.26.6, id est, abditissima & intima terræ pars, juxta Ab. Esram, vel* מַרְכֵּז הָאָרֶץ *Centrum ipsius terræ ipsi in aperto & propatulo est: Fœm.* הִרְחִיבָה שְׁאוֹל נַפְשׁוֹ *Dilatat sepulchrum animam suam, id est, seipsum Jesa.5. ver.14: cum* ה *paragogico,* לִשְׁאוֹלָה *In sepulchrum usque, Psalm.9.18, & sic cum accentu in ultima præter morem,* שְׁאֹלָה *In sepulchrum, Gen.37.35.*

שְׁאֵלָה *f.* Petitio: שְׁאֵלָה אַחַת *Petitionem unam ego peto abs te, 1.Reg.2.16: Aff.* אֶת־שְׁאֵלָתִי *Petitionem meam, 1.Sam.1.27: hinc contractum,* יִתֶּן אֶת־שֵׁלְחֵךְ *Det petitionem tuam, 1.Sam.1.17: Et aliter,* תָּבוֹא שְׁאֵלָתִי *Eveniat petitio mea, Job.6.ver.8.* Chald. שְׁאֵלְתָּא *f.* Petitio, Postulatum, Dan.4.ver.14. *Apud Rabbinos etiam est* Quæstio, Interrogatio: ה׳ השאלה *He interrogationis:* דרך השאלה *Per modum interrogationis, & interdum, Per metaphoram.*

מִשְׁאָלוֹת *f.p.* Petitiones: *Aff.* כָּל־מִשְׁאֲלוֹתֶיךָ *Omnes petitiones tuas, Psal.20.6.*

שאן *Pih. geminatâ tertiâ radicali,* שַׁאֲנַן Tranquillum esse, Tranquillè agere. *Præt.* שַׁאֲנַן מוֹאָב *Tranquillus fuit Moab, Jerem.48.v.11:* שַׁאֲנַן מִפַּחַד רָעָה *Tranquillus erit à timore mali, Pro.1.13:* שָׁאֲנָנוּ *Tranquillè agent, Job.3.18.*

שַׁאֲנָן *m.* Tranquillus: נָוֵה שַׁאֲנָן *Habitaculum tranquillum, Jesa.33.v.20: Aff.* וְשַׁאֲנָנֵךְ *Et tranquillitas tua,*

2.Reg.19.28, id est, insolentia ferocia, quam tranquillu as tibi parit. Vide & שׁאה. Plur. הוי הַשַּׁאֲנַנִּים Væ tranquillis in Tzione, Amos 6.vers.1. Fœmin. נָשִׁים שַׁאֲנַנוֹת Mulieres tranquillæ, Jes.32.9.

שַׁאנָן m. Tranquillissimus, Job.21.23. cum epenthesi ל vel potius, ut Kimchi scribit in lib. Rad. est vox composita ex שַׁלְוָה & שַׁאֲנָן & notatur eo summè tranquillus, id est, tranquillissimus.

שָׁאַף Hausit, proprie aerem vel ventum, Anhelavit, Aspiravit, metaphoricè, Absorbuit, Deglutivit. Præteritum, וַיִּשְׁאַף Et exhaurit, absorbet. Job.5.5. scribitur cum ׳, sed legitur per Vau: שְׁאָפַנִי Absorbet me; anhelus persequitur ad deglutiendum me, Psalm.56.2: שָׁאֲפוּ רוּחַ Haurient ventum, Jer.14.6. Part. וְאֶל־מְקוֹמוֹ שׁוֹאֵף Ad locum suum anhelat, Eccl.1.5.

שָׁאַר Reliquum esse, Superesse: Præt. עוֹד שָׁאַר Adhuc reliquus est minimus, 1.Sam.16.11 Niphal נִשְׁאַר Reliquum, Residuum esse vel fieri, Relinqui, Superstitem manere, Remanere, Superesse: Frequenter construitur cum Præp. ב, quæ quandoque per E. Ex, explicanda est. Præt. הוּא לְבַדּוֹ נִשְׁאָר Ipse solus est relictus, Gen.42.38, cum Kametz propter pausam. Anomalum cum Epenthesi Aleph, וְנִאשְׁאַר אֲנִי Et reliquus fui ego. Ezech.9.8. pro נִשְׁאַרְתִּי. Kimchi in Comment. scribit esse compositum ex Præterito Niphal & Futuro Kal. quasi dicere Propheta voluerit: Cum percutientibus illis videre vellem, מִי נִשְׁאַר quis reliquus maneret, animadverti כִּי אִשָּׁאֵר אֲנִי quod ego tantùm reliquus essem. Non dissimile vide in שָׁחָה in Hithpahel: וְלֹא נִשְׁאֲרוּ בָם Neque relinquerentur in eis, id est, ex eis duo pariter, 1.Sam.11. v.11. Hiphil הִשְׁאִיר Reliquit, Reliquum, Residuum, Superstitem fecit vel reliquit: Præt. הִשְׁאִיר לוֹ Reliquerunt

querunt ei superstitem, Num.21.35: וְהִשְׁאִיר אַחֲרָיו בְּרָכָה *Et relinquat post se benedictionem, Joel.2.14. Futurum,* וְלֹא נַשְׁאֵר בָּהֶם אִישׁ *Ut non reliquum faciamus ex eis quemquam 1.Sam.14.36.*

שְׁאָר *mas.* Reliquus, Reliquum, Residuum, Reliquiæ: *In constructione non mutatur:* וּשְׁאָר עֵץ *Et reliqua ligna, Jes.10.19:* וּשְׁאָר *Et residuum, Jesa.14. ver.22:* וּשְׁאָר רוּחַ לוֹ *Et (nonne) residuum spiritus ipsi? Mal.2.15. Vide hîc Rabbi Salomonem.* Chald. עִם שְׁאָר חַכִּימֵי Cum reliquis sapientibus Babyloniæ, Dan.2.18: וּשְׁאָרָא Et residuum, Dan.7.7.

